Hebraicarum institutionum Libri IIII,

Sancte Pagnino Lucensi authore, Ex R. Dauid Kimhi priore parte מכלול, quam חלק הדקדוק inscripsit, ferè transcripti.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE NAPOLI

Ex officina [illegible] typographi Regii.

Ex priuilegio Regis.

XXXVIII
E
1

ROBERTVS STEPHANVS TYPOgraphus Regius Lectori S,

THESAVRO Linguæ ſanctæ excuſo, quem maximis vigiliis Sanctes Pagninus, vir Hebraicæ linguæ doctiſſimus, ante annos aliquot ediderat, proximum fuit eiuſdem Grammaticas inſtitutiones noſtro prelo ſubiicere: quòd quicquid habet R. Dauid Kimhi in priore parte מכלול, quam ipſe חלק הדקדוק appellat (מכלול nanque & priorem partem Grammaticæs, & poſteriorem inſcriptã Librum radicũ, comprehendit) in ipſis propemodum legere liceat, alio tamen ordine. Quæ enim ille ſparſim de literis & punctis tradidit (vt id exempli cauſa adferã) hîc vnum in locum coegit: quod ſatis te docebunt numeri ad huius operis marginẽ adiecti, qui numeris noſtro codici prioris partis מכלול, decimo quoque integro verſu, adiectis reſpondent: quem codicem Bombergus (vir de literis Hebraicis optimè meritus) anno M. D. XLIIII, Venetiis impreſſit. Quam autem nos in altera poſteriore parte adhibuimus operam, eandem ſcito nos in hac ſingulis locis & cũ ipſa priore parte מכלול, & cum Bibliis etiam ipſis conferendis, præſtitiſſe. Quo in opere emendando, Deum immortalem quantum erratorũ deprehendimus! Siquid iis qui nos hac in re iuuerunt, parum probatum fuit, aut ſiquãdo mendum ſubeſſe viſum eſt, id aſteriſcis indicare placuit, quibus admoneari ab his ipſis in calce operis nonnihil lucis iiſdem locis eſſe allatum, quo tu & iuuari, & labore leuari (quod perpetuò ſtuduimus) poſſes. Has igitur Inſtitutiones nunc iterum atque iterum legito: ídque videto quantũ noſtra hæc à priore illa Lugdunẽſi, differat editio. Hoc ſi tu diligenter feceris, cur aliorum varia hac de re Latinè ſcripta deſyderes, equidem non video, quum hic liber quæ ad Grammatica Hebræa pertinent, omnia complecti videatur. Vale, & nos iuua.

Aeil 1146 3243

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRI IN CHRIsto patri, ac D. domino Federico Fregosio Archiepiscopo Salernitano Sanctes Pagninus Lucensis sacræ Theologiæ minimus professor S. P. D.

QVVM mecũ tacitus expendo ac reputo, Reuerẽdissime domine, non modò tuum illustre genus, non infulæ duntaxat dignitatem, verùm etiam tui animi dotes ac virtutes, quæ ignobilem quemlibet summa possent ingenuitate donare: non possum te non suspicere, admirari, amare, colere. Agis, quæ partes tuæ sunt, imples Episcopi functionem: vt non immeritò duplici honore dignus & sis, & habearis. Vt interim taceam bonarum literarum studia. quippe post Latinas, Græcásque literas diu versatas, cœpisti & Hebraicis nauare operam, vt è Sacris literis (quæ hominem instruunt ad salutem) veluti è fauis mella diuinorũ excuteres sensuum: & relictis cœnosis riuulis, lacunísque, è lympido Sacrarum literarum fonte, aquas haurires salutares. Verumenimuero quum te hisce in literis (quæ subdifficiles sunt) laborãtem conspexissem, (quòd idoneo carebas præceptore) de te, posteríque bene mereri peroptans, Institutiones Hebraicas, quas olim elucubraui, rescribere orsus sum: in quibus quicquid de grammatica facultate posteris proditum est ab Hebræis scriptoribus, ad amussim coegi: per libros, capitáque digessi, vt inuentu cuncta forent perfacilia. Et vt mea fert opinio, Sacris in literis nihil est difficile, quod iis libris non fiat perfacile. Quocirca vt hos libros perlegas sæpius, & rogo & obsecro: Hebræa Latina feci, apices & accentus subiecci: Loca citaui è Diui-

nis literis, nequid posthac scrupuli aut difficultatis, tibi, cæterisque studiosis relinqueretur. quæ res vt liber esset prolixior effecit. Sed eius (vt arbitror) prolixitatem, breuissimã reddent non modò eius vtilitas, cõmoditásque, verumetiam præstantia & excellentia Hebraicæ linguæ, vtpote quæ Deum habet authorẽ, quæ naturam & sequitur & imitatur. quanquam sint plærique suis studiis, suáque lingua contenti, qui post D. Hieronymi interpretamenta, Hebraicis literis operã dare superuacaneum putent. Quibus primùm dicendum est, hãc linguam (vt & cæteræ) propria habere idiomata, proprios habere tropos, & peculiares loquẽdi modos, quos aliena exprimere lingua ita significãter, aut impossibile, aut certe perdifficile sit. Quo fit vt nõ modò ornatus, verumetiã & sensus nonnihil patiantur & iniuriæ & iacturæ Sacræ literæ, etiã per fidos interpretes translatæ. vt interim taceam, quòd in alienã linguam translatæ, semper ad intelligendũ difficiliores, ingratiores, nonnunquã alienæ, ne dicã aliæ sunt, vel ob interpretũ ignorationẽ, vel ob linguæ Latinæ paupertatẽ. Sacris præterea in literis ob easdem causas sunt plæraque nõ interpretata tã Hebræa, quàm Græca vocabula, quæ ob harum ignorationẽ linguarũ deprauate & scribuntur & pronũtiantur. Omitto multiplicia sensa, taceo mysteria, quæ ex ipsis verbis, & verborũ excuti possunt interpretamentis, quæ linguarũ duntaxat peritia erui possunt. Multa præterea ob librariorum incuriam sunt vitiata, immutata, corrupta: quæ nonnisi per viros linguarum peritos emendari possunt: Hebræa verò volumina nec vna in dictione corrupta reperies. Quocirca explodenda est il-

lorum ſententia, qui dicunt, Senſum quærimus, non verba. Vnde enim niſi ex ipſis verbis, ſenſus elicitur? quæ ſi quiſpiam ignorauerit, quo pacto authoris ſenſum aſſequi poterit? Sed Hieronymum (inquiunt) habemus linguarum peritiſſimum, qui nobis vtrunque tranſtulit inſtrumẽtum: non eſt operæ pretium vt curam, operam, ſtudiúmve impendamus literis Hebraicis pro Arcanis literis. Tanquã ſuopte gladio confodi nequeant. dicant mihi, Ante Hieronymi tẽpora (immò Hieronymi tempeſtate) num fuerunt viri doctiſſimi, qui Hebraicam, qui Græcã, qui Latinas callebant literas? quid opus erat Hieronymi trãſlatione? Sed emendatiora (inquiunt) ſunt Latina exemplaria Græcis & Hebraicis: citantes illud Hieronymi in epiſtola ad Deſiderium, quæ Arcanis præponitur literis, Emendatiora ſunt exemplaria Latina quàm Græca, Græca quàm Hebræa. Vt interim taceã quòd Hieronymi peruertũt ſenſum: ſi Latina exemplaria ſunt emẽdatiora, vt quid Hieronymus tot annis in Hebræis tranſferendis deſudauit? quid opus erat eius trãſlatione? Cur nobis tradidit inemendatiora? quamobrẽ ſuſcepimus, colimus inemendatiora? quare pro illis digladiamur? Si Hebraicis in literis (vt in eadem Hieronymus prodidit epiſtola) ſunt plæraque teſtimonia ab Euangeliſtis citata, vt illud, Ex AEgypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: & Videbunt in quem tranſfixerunt: & Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: quæ non inueniebãtur in Latinis codicibus: quo pacto Latina erant emendatiora? Si emendatiora ſunt Latina, quam ob cauſam inemendatioribus emendat emendatiora? cur Hebræa præcipit volumina petere,

vbi quidpiam ſcrupuli, aut mendi veteri inciderit in inſtrumento? Optarim præterea vt Hieronymi mihi germanam oſtenderent tranſlationem: quæ enim paſſim legitur, nõ eſt Hieronymi incorrupta tranſlatio, vt in epiſtola ad Clementem pontificẽ maximũ multis oſtendimus argumentis. Præterea Hieronymum fuiſſe hominẽ, & potuiſſe errare ſua in trãſlatione, vel ob ſui præceptoris imperitiam, (vt interim taceã impietatẽ, quòd Chriſtianus non eſſet) vel ob ipſius Hieronymi celerem æditionem, inficiabitur nemo. Quippe & ipſe D. Hieronymus veritatis amator, & retractare quæ errauit, & ſe deceptũ verbi ambiguitate, ob trãſferendi celeritatem, ſuis in Ieſahiahu commentariis fateri non eſt veritus. Melius (inquit) reor etiam proprium errorem reprehendere, quàm dũ erubeſco imperitiam confiteri, in errore perſiſtere, &c. Quis enim vnquam fuit adeò doctus, qui non ſit alicubi hallucinatus? Labor D. Hieronymi noſtræ non debet patrocinari negligentiæ, ſed pellicere ad linguarum ſtudia, præſertim Hebrææ & Græcæ, ne ſemper alienis cernamus oculis, ne alienis ambulemus (vt aiunt) pedibus, ne Sacras tractemus literas non inſtructi linguis ipſis quibus æditæ ſunt, ſine quibus (vt par eſt) profectò tractari nequeunt. Sed ne Mineruam docere, & currentẽ calcaribus vrgere videamur, receptui canentes, iam de lingua Hebraica dicere aggrediamur. Vale tui ordinis decus & columen.

BARTHOLOMAEI RVFFI GRIMALdensis prouincialis Hendecasyllabon in Sanctem Pagninum Lucensem, sacræ Theologiæ Doctorem.

Ornatam nitido (ferunt) Lycæo
Vrbem Mopsopiam, decúsque linguæ
Præstans, & titulos tulisse Pithus,
Vt nomen fuerit datum perenne.
Hîc pars Italiæ, vocata magna
Olim Græcia, sic parauit ingens
Nomen, sic pueros nutriuit illa
Phocis Romuleos, docens Mineruæ
Mores egregios, fuítque miris
Insignita bonis: vt inde quicquid
Mentis perspicuæ ferox propago
Gallorum retinet, trahat. quid autem
Est mirum? modò Auenio refulget
Pulchris dotibus his, bonus, disertus,
Solers, & triplicis decore linguæ,
Romanæ & Solymæ, simúlque Graiæ,
Sanctes hanc decorat, refertus ille.
O tu nunc moderator vrbis, atque
Franciscе eximio monarcha sceptro
Suffulte, accipies virum lubenter,
Qui te post cineres feret per orbem.
Multum se tibi Auenio fatetur
Deuinctam, regióque Franca, tanto
Oratore, poeta, & hinc trilingui
Ornato eloquio, & Dei potentis
Aura. Quid melius viro potenti,
Quàm virtutem animo viros habentes,
Amplecti? notat id, quid ille dotis
In se Palladiæ fouet nitentis.
Ciues vos rogito, pedem feratis
Omnes vnanimes, parum putatis,
Ad cælum gerere, & referre famam?
Hic vos ad superos vehet: faucte.

Institutionum Hebraicarum Liber primus: Authore Sancte Pagnino Lucensi, ordinis Prædicatorum, declamatore Apostoli co, ac sacræ Theologiæ doctore.

Quid sit lingua, quo appelletur nomine, & quis eius author. CAP. I.

LIngua, Hebraice dicitur לָשׁוֹן *hallasćon*: & est aggregatio omnium vocũ Hebraicarũ humanarum ad placitũ aliquid significãtiũ. Appellatur autẽ lingua (quãquam sunt sermonis instrumenta quinque) quòd nullũ ad pronuntiationem sermonis aptius sit instrumentum. Proinde & eruditorũ linguam Iesahiáh 50.4, nuncupauit, Dominus Deus dedit mihi לְשׁוֹן לִמּוּדִים *leścón límudím* linguã eruditorũ. Appellatur & שְׂפָה *sapháh* Labium Genes. 11.1, Et erat omnis terra שְׂפָה אֶחָת *sapháh echáth* labii vnius. quòd labium, primum & apparens sit sermonis instrumentum, & veluti ostium & ianua per quam sermo egreditur. Vocatur & פֶּה *peh* os, iuxta illud Exod. 4.11, Quis posuit פֶּה *peh* os homini? Dicitur & גָּרוֹן *garón* Iesa. 58.1, Clama בְּגָרוֹן *begharón* in gutture. quòd in gutture, ad aerem (qui est medium in locutione) quædã sit dispositio. quippe citra aeris attractionem, & respirationem ad arteriam vocalem, loqui potest nemo. Nomine vero palati aut dentiũ nõ appellatur: quòd in locutione cooperari ita apparẽter & sensiliter hæc non videantur instrumenta. Huius vero linguæ author fuit Deus Maximus Optimus, qui eam creauit, qui eam primum docuit hominem, cũctis lin-

guis (in quas deinde fuit diuisa) & perfectiorem, & ad legendum aptiorem. Quippe primus ipse, rebus omnibus nomina indidit & imposuit: quãquam sint qui in Adám protoparentem hoc referant: quoniam Genes.2.19 scriptum est, Et vocauit Adám nomina omni animali: & omne quod vocauit ipsũ Adám animæ viuentis, est nomen eius. Sed quod ait, Et adduxit ad Adám vt videret quid vocaret illud: liquidò ostendit primum illum non fuisse authorem: perinde acsi dixisset, Quum Deus cõgrua imposuisset singulis rebus nomina: vt primi hominis quem creauerat, sapientiã ostenderet, adduxit ad eum cætera quæ creauerat viuẽtia, vt videret an ille iisdem nominibus, quibus ipse appellauerat, animantia vocaret. Qui quum iisdem ea vocasset nominibus quæ ipse imposuerat Deus, ostẽdit eam, qua oppletus fuerat, sapientiã. Et Adám quidem viuentibus duntaxat nomina indidit, quæ Deus primùm imposuerat: cæterarum verò rerum omniũ substantiarũ, accidentiúmque nomina Deus ipse imposuit. Quando ergo dicitur quòd omnis terra erat labii vnius, id est linguæ vnius: intelligendum est de lingua sancta, quæ modo Hebræa dicitur, & à priscis Iudaica, iuxta illud Iesah.36.11, Ne loquaris nobis יְהוּדִית *iehudíth* Iudaice. Et Nechemiáh 13.24, Et nesciebant loqui יְהוּדִית *iehudíth*. Cui astipulantur nomina, Adám, Chauuáh, Cáin, Seth, & id genus, quæ à nominibus, aut verbis ducuntur Hebraicis: vt habes Genes.3 & 4. Hæc igitur lingua sancta à Deo creata, perfecta, simplex, & immista fuit, antequã ob hominũ superbiã cõfũderetur: modo verò præter libros sanctos, vt cæteræ linguæ, mista est, vt aliis in locis copiosius disseruim⁹.

OMnis lingua(vt teſtantur R. Ionáh in Richmáh, & R. Dauíd in Michlól) tres habet principales partes, nempe שֵׁם *ſcem* Nomen: פֹּעַל *póbal* Verbũ: מִלֹּת הַמַּעַם, *milláth hatthábam* Dictionem rationis, id eſt rationalẽ, per quam intelliguntur omnes partes orationis apud nos indeclinabiles, vt Præpoſitiones, vt Aduerbia, vt Cõiunctiones: quæ, res ſignificant in ratione, aut ſermone exiſtentes, vt ſuo dicemus in loco. Hác partem plærique כֵּלִים *celim* appellant, id eſt inſtrumenta, hoc eſt colligationes quaſdam inter ſubſtantiam & accidens, ſeu inter Nomen & Verbum. Nomen enim ſignificat per modum ſubſtantiæ: Verbum verò per modum accidentis. Et annotandum, quòd quemadmodum mundus diuiditur in creaturas penitus ſpirituales ſemper manentes, nulli vel motui, vel alterationi obnoxias, vt angelos, de quibus dictũ eſt Pſal. 104.4, Qui facit angelos ſuos ſpiritus: & creaturas corporales, quæ mouẽtur in loco, vt cæli, vt ſphæræ: & in creaturas quæ generationi, corruptioni, alterationi, motuíque ſubiiciuntur: Itidem & lingua diuiditur in Nomen, quod ſignificat per modum ſubſtantiæ per ſe & ſtantis, & permanentis: & in Verbum, quod ſignificat cum tempore, quod eſt menſura motus: & in Milláth hatthábam, quod eſt colligatio nominis & verbi, quæ non permanet. Et in hoc, lingua Hebræa non modò quia prior eſt cæteris linguis, verumetiam quia naturam ſequitur entis, non flectẽs, nec per caſus ſua varians nomina, vt Græca, vt Latina*. Et quia grãmatica, eſt facultas rectè loquendi & rectè ſcribendi: quod ſine voce effici non poteſt: vox autem conſtat ſyllaba, vel ſyllabis: ſyllabæ verò literis & pun-

ctis componuntur: idci rco de literis, punctis, & syllabis differendum est.

DE LITERIS.

Quid litera, quot, earũ figuræ, nomina, & significata. CA.III.

Litera, Hebraice הָאוֹת *haóth*, est signum ad placitum impositum voci humanæ, habens aliquod pũctum quod vice ponitur vocalis. הָאוֹתִיוֹת *Haothiióth*, id est literæ, sunt viginti duæ: quarum figuræ & nomina sunt hæc,

	א	אָלֶף	áleph	A
	ב	בֵּית	Beth	B
	ג	גִּימֶל	Ghímal	G
	ד	דָּלֶת	Dáleth	D
	ה	הַא	He	H
	ו	וַיו	Váu	V
	ז	זַיִן	Záin	Z
	ח	חֵית	Cheth	Ch
	ט	טֵית	Theth	Th
	י	יוֹד	Iod	I
ך	כ	כַּף	Caph	C
	ל	לָמֶד	Lámed	L
ם	מ	מֵם	Mem	M
ן	נ	נוּן	Nun	N
	ס	סָמֶךְ	Sámech	S
	ע	עַיִן	Haáin	Ha
ף	פ	פָּא	Pe	P
ץ	צ	צָדִי	Sádi	S
	ק	קוֹף	Coph	C
	ר	רֵישׁ	Res	R
	שׁ	שִׁין	Scin	Sc
	ש	שִׁין	Sin	S
	ת	תָּיו	Táu	T

Harum, quinque sunt duplices, id est duplicem habẽt figurã: videlicet Caph, Mem, Nun, Pe, Sadi. prioribus more Hebraico, videlicet כ מ נ פ צ, vtimur in principio & mèdio dictionis: alteris, videlicet ך ם ן ף ץ, in fine duntaxat dictionis: vt כִּי *ci* quia, אָכַל *achál* comedit, הָלַךְ *halách* ambulauit, מַיִם *máim* aquæ, אָמֵן *amén*, נָתַן *nathán* dedit, יָנַק *ianác* suxit, lactauit, פָּחַד *pachád* timuit, אֵפֶר *épher* cinis, אַף *aph* etiam, צַדִּיק *saddíc* iustus, אֶצֶל *éscl* apud, אַיִן *as*, velox. Mem tamen finale semel duntaxat, nõ citra magnũ mysteriũ, in principio reperitur dictionis, Iesah. 9.7, מַרְבֶּה multiplicatio. Quid autẽ hæ significent literæ, in epistola ad Paulam Vrbicam D. Hieronymus hoc pacto interpretatur,

Aleph	Doctrina	*Mem*	Ex ipsis
Beth	domus	*Nun*	sempiternum
Ghimal	plenitudo	*Samech*	adiutorium.
Daleth	tabularum.	*Haain*	Fõs (siue ocul')
He	Ista	*Pe*	oris
Vau	&	*Sadi*	iustitiæ:
Zain	hæc	*Coph*	Vocatio
Cheth	vita.	*Res*	capitis,
Theth	Bonum	*Sin*	dentium
Iod	principium,	*Tau*	signa.
Caph	Manus		
Lamed	disciplinæ. siue cordis.		

Hoc est, Doctrina ecclesiæ, quæ est domus Dei, in librorum reperitur plenitudine diuinorum. Ista & hæc est vita. quæ enim alia potest esse vita sine scientia Scripturarũ, per quas etiam ipse CHRISTVS agno scitur, qui est vita credẽtium? Et quanuis nunc sciamus vniuersa quæ scripta sunt, tamen ex parte cogno

ſcimus,& ex parte prophetamus, & nunc per ſpeculũ in ænigmate videmus. Quum autẽ meruerimus eſſe cũ CHRISTO,& ſimiles angelis fuerimus,tunc librorum doctrina ceſſabit,& tunc videbimus facie ad faciem bonum principium ſicuti eſt. Manus,in opere: cor & diſciplina intelligũtur in ſenſu:quia nihil facere poſſumus,niſi prius quæ facienda ſunt ſciuerimus.

Ex ipſis Scripturis ſempiterna ſubſidia miniſtrãtur. Et ſunt fons ſiue oculus oris iuſtitiæ.Et vocatio capitis noſtri CHRISTI, eſt in his dentium, id eſt articulatarũ vocum ſignis. Scin quando habet punctũ in dextro cornu, hoc pacto שׁ,eſt s lene:& cõmuniter legitur ſcin: & appellatur Scibbóleth, quod ſpicam ſonat. Si verò ſit in ſiniſtro,hoc modo שׂ, communiter legitur Sin denſum,videlicet s,vt ſádi, vel ſámech: & appellatur Sibbóleth, quod alueũ notat. vnde Iudic. 12.6,legitur,אֱמֹר־נָא שִׁבֹּלֶת וַיֹּאמֶר סִבֹּלֶת,DicScibbóleth.At ille dixit, Sibbóleth. Quòd Hebræi à dextera ad ſiniſtram & ſcribant & legant:qui addubitet eſt nemo.

שׁ

שׂ

De *Punctis*. CAP. IIII.

PVncta,Hebraice נְקֻדּוֹת *necuddóth*, dicũtur vocalium ſigna:ob eorum tenuitatem,& parquitatem ſic appellata. Vocantur & רְשָׁמִים *reſcamím*, id eſt impreſſiones: & תְּנוּעוֹת *tenuhóth*.i. motiones aut motus, quòd per illa moueatur litera,hoc eſt pronuntietur:& מְלָכִים *melachím*.i.reges, quòd ad eorũ imperium moueãtur literæ.Et ſunt decem,teſte R. Dauíd in Michlól: quorum quinque dicuntur Tenuhóth haghedolóth.i. motiones magnæ: & ſunt vocales longæ. Primum punctum eſt virgula cum puncto,iacens ſub litera,hoc modo אַ quod facit

808

אַ

a longum: vt עָמַד *hamád* ſtetit, יָשַׁב *iaſcáb* ſedit. Et vocatur קָמֶץ גָּדוֹל אָ *camés gadol*. i. camés magnum. Secundũ, duo pũcta ſub litera iacentia, hoc pacto אֵ quod facit e longum: vt אֵפֶר *épher* cinis, עֵץ *hes* lignũ, arbor. Et vocatur קָמֶץ קָטָן אֳ *camés cathã*. i. camés paruum, quòd ſæpe veniat loco eius, & quieſcentem poſt ſe habeat literã vt camés, vt infrà ſumus dicturi. Tertiũ, eſt punctum ſub litera, ſequente י, hoc modo אִי & facit i longũ: vt אִישׁ *iſc* vir, כִּיס *cis* crumena. Et vocatur חִירִק אִי *chiréc* aut חִירִק *chiríc*. Quartum, punctmu in ſuperiori ſiniſtra parte literæ poſitum, & cum ו & ſine ו, hoc pacto אוֹ vel אוֹ quod facit o longum: vt פֹּעַל *póhal* opus, עוֹלָם *holám* ſæculum. Et appellatur חוֹלָם *chólem*. Quintum, eſt punctum in ventre, ſiue in medio ו poſitum hoc modo אוּ & facit v longum: vt הוּא *hu* ipſe, שָׁתוּל *ſcathúl* plantatus. Et vocatur שׁוּרֵק *ſcuréc*. Sunt & alia quinque puncta quæ vocãtur Tenuhóth chethãnóth. i. motiones paruæ: quæ ſunt vocales breues. Horũ primum eſt virgula, ſeu linea ſub litera iacẽs hoc pacto אַ & facit a breue: vt קַל *cal* lene, הָלַךְ *halách* ambulauit. Et vocatur פַּתַח גָּדוֹל *patách gadól*. i. magnum. Secundum, tria puncta ſub litera, hoc modo poſita אֶ & facit e breue: vt אֶרֶץ *éres* terra, חֶסֶד *chéſed* miſericordia, לֶחֶם *léchem* panis. Et appellatur סֶגוֹל *ſeghól*, & פַּתַח קָטָן *patách cathán*. i. paruum, quòd ſæpe eius veniat loco, & eius participet proprietates, vt ſuo in loco ſumus dicturi. Tertium, eſt punctum ſub litera poſitum, nullo י ſequente, hoc pacto אִ & facit i breue: vt אִם *im* ſi, עִם *him* cum. Et vocatur חִירִק בְּלֹא יוֹד *chirec belo iod*. i. abſque י. Quartum, eſt virgula, ſeu linea cum puncto cui hærent duo puncta ſubalternatim poſita, hoc pa-

cto אֶ & facit o breue: vt אֳנִי *oní* nauis, חֳלִי *cholí* ægritudo. Et interdum non ſcribuntur illa duo pũcta: & hoc, quando ſequens litera habet pũctum quod daghés appellant, vt רָנִּי *rónni* lauda, רָנּוּ *rónnu* laudate. & ita ſequẽte ſceuá quieſcente, vt קָרְבָּן *corbán* oblatio, חָכְמָה *chochmáh* ſapientia, קָדְשׁוֹ *codſcó* ſanctitas eius. ita etiã quando duo ſequũtur ſceuaím, vt יְקוּתִיאֵל Ioctheél, יְקַרְעָם Iocdehám, יְקַמְעָם Iochmehám, quæ propria ſunt nomina. Et nomẽ eius קָמֵץ חָטֵף *camés chathéph*. i. raptũ, hoc eſt breue. Quintum, ſunt tria puncta ſine váu, hoc modo poſita אָ & facit v breue. Et appellatur שְׁלֹשׁ נְקֻדּוֹת *ſcalós necuddóth*. i. tria pũcta: & קִבּוּץ שְׁפָתַיִם *chibbús ſephatháim*. i. cõgregatio aut collectio labiorũ: quòd in eius prolatione labia colligãtur, vt שֻׁלְחָן *ſculchán* menſa, & idgenus. Sunt & alia duo cõpoſita, nẽpe אֲ quod facit a breuius patách. Et nomen eius chathéph patách, vt אֲשֶׁר *aſcér* qui, עֲצַת *haſáth* conſiliũ. Et אֱ quod facit e breuius ſeghól: & appellatur chathéph ſegól, vt אֱלֹהָה *chelóh*, aſcẽdá. Eſt & שְׁוּא *ſceuá*, id eſt duo pũcta ſubalternatim poſita, hoc pacto אְ de quo ſexto differemus capite. Eſt & דָּגֵשׁ *daghés*, punctum intra literam poſitum, ipſam roborans, hoc modo בָּ *ba*. de quo ſequenti dicemus capite, ſicut & de רָפֵה *raphéh*, quæ eſt parua linea ſupra literã poſita, quæ lenit, hoc pacto בָ *va*.

אַ אָ אֲ אֱ אְ

814.815. 816.

De Daghés & Raphéh. CAP. V.

DAghés igitur pũctum intra literam poſitũ, bifariam diuiditur, & variis fungitur muneribus & officiis. Eſt enim daghés קַל *cal*. i. lene: & daghés חָזָק *chazác*. i. forte. Daghés lene eſt quod in capite ponitur dictionis, vt בְּרֵאשִׁית *bereſcíth*. i. in principio: & quod venit poſt ſceuá, vt יִכְתֹּב

izcór recordabitur, תִּזְכּוֹר *tizcór* recordaberis. Et hoc non venit nisi in literis בגר כפת. i. literis contentis in prædictis duabus dictionibus, vt earum dirigat pronuntiationem. Sed daghés forte venit in vniuersis literis quæ recipiũt daghés (*præterquam in sex supradictis) & in his continentur dictionibus, טס שקץ נחלים. Hæ non admittunt daghés lene, sed forte: proinde haudquaquã raphatæ reperiuntur memoratæ literæ. Venit autem daghés forte post memorata puncta, primum quidem ob defectum נ radicalis literæ, vt in verbis defectiuis sumus dicturi. & in fine dictionis, vt נָתַן *nathán* dedit, נָתַתָּ *nathátta* dedisti. Et propter defectum literæ deseruientis, vr מִבֵּית *mibbéth*, pro מִן בֵּית *min beth*, è domo: מִשָּׂדֶה *missadéh*, pro מִן שָׂדֶה *min sadéh* ex agro. Et propter defectum נ quod est proprium coniugationis niphhál, vt אֶפָּקֵד *eppachéd*, pro אִנָּפְקֵד *inpachéd*, visitabor: יִפָּקֵד *ippachéd* visitabitur. Apponitur etiam ad ostendendum coniugationis grauitatem, vt in coniugatione pihél haddaghús, & puhál, & hithpahál: quorum secunda radicalis litera dagheſſatur, vt דִּבֵּר *dibbér* locutus est: & idgenus. Præterea quum fuerint duæ literæ similes, priore deficiente, altera ob eius defectum dagheſſatur, vt סַבּוֹתָ *sabbótha* circundedisti, à סָבַב. Adhæc, post omne ב,כ,ל & ה notificatiuum, & ה vocatiuum, est daghés, vt הַבַּיִת *habbéth* domus, הַגָּדוֹל *haggadól* magnus. Psal. 133.2, כַּשֶּׁמֶן הַטּוֹב *cassémen hattób*, sicut vnguentum optimum. pro כְּהַשֶּׁמֶן cum ה notificatiuo. Et 74.19, Respice לִבְרִית *labberíth* ad pactum. pro לְהַבְרִית *lehabberíth*. Et 35. 13, Humiliaui בַּצּוֹם *vassóm* in ieiunio animam meam. Nume. 15.15, הַקָּהָל *haccahál* ô congregatio, præceptum (siue statutum) vnum

c.i.

202.203

vobis. de quibus & alio in loco copiosius scripsimus. Præterea quum ו vertit præteritũ in futurum, vel cõtrà, sequens litera dagheſſatur, vt וַיֹּאמֶר *vaiómer* & dixit, וַתֹּאמֶר *vatómer* & dixisti. Sed & euphoniæ gratia multoties litera dagheſſatur, teſte R. Dauíd in Michlól, vt Iesa. 64. 2, Montes נָזֹלּוּ *nazóllu* defluxerũt. Iechez. 27. 19, In nundinis tuis נָתְנוּ *nethanánnu* dederũt. Iudic. 5. 7, In Israél חָדְלוּ *chadéllu* ceſſauerunt. Exod. 15. 17, מִקְדָּשׁ *micchedáſc* sanctuarium Domine &c. Prouer. 4. 13, נִצְרֶהָ *niſſeréha* custodi eam: & idgenus. Postremo dagheſſatur litera ob defectum ת in omnibus verbis quorum vltima radicalis litera eſt ת, vt הִכְרַתְּי *hichrátti*, succidere feci, pro הִכְרַתְתִּי *hichráthti* à כָּרַת *caráth*. & sic הִשְׁבַּתִּי *hiſcbát ti* cessare feci, pro הִשְׁבַּתְתִּי *hiſcbáthti* à שָׁבַת *ſcauáth*. Literæ verò non dagheſſabiles (teſte R. Dauíd in Michlól) sunt quæ continẽtur in hoc memoratiuo signo אחהער. 10.11.13 320

Quanquã ר in nõnullis locis dagheſſatur, vt Ieche. 16. 4, Non eſt præciſus שָׁרֵּךְ *ſcorréch* vmbilicus tuus. 1. Semu. 10. 24, הֲרְאִיתֶם *harreithém* num vidistis &c. Idem 2. Regum 6. 32. 1. Semu. 1. 6, eo quòd הַרְעִימָה *harrehimáh* improperabat. Prouer. 14. 10, Cor quod nouit מָרַת *morráth* amaritudinẽ animæ suæ. Canti. 5. 2, שְׁרֹאשִׁי *ſcerroſcí* quia caput meum plenum eſt rore. Et sic quãdo eſt in monosyllaba dictione, si lõga præcedat dictio: vt Prouerb. 15. 1, מַעֲנֶה־רָךְ *máhaneh rach* resp̃sio mollis. Psa. 52. 5, אָהַבְתָּ רַע *aháuta rah* dilexisti malum. Irme. 39. 12, Nè facias ei מְאוּמָה רָע *meúmah rah* quicquã mali. Chabac. 3. 13, מָחַצְתָּ רֹאשׁ *machásta roſc*, transfixisti caput. א quoque quatuor in locis inuenitur dagheſſatum, teſte R. Dauíd in Michlól. Leuit. 23. 17, תָּבִיאוּ לֶחֶם *tauíu léchem* afferetis panem. Gene. 43. 26, וַיָּבִיאוּ לוֹ *vaiiauíu lo* & attulerũt ei. Hez 268.320 321 321

Ruth 8.18, וַיְבִיאוּ לָנוּ *vaiiauíu lánu* & attulerunt nobis. Iiób 33.21, לֹא רָאוּ *lo rúu* non fuerunt viſæ. De Raphéh, octauo & nono capite dicemus nonnulla.

De *Sceuá*. CAP. VI.

820 Sceuá non connumeratur inter alia puncta, quæ vocales breues aut longas efficiunt: tũ quòd eius pronuntiatio eſt vt ſeghól, imò breuior eo: tum quòd per ſe haudquaquam reperiatur, ſed ſemper cum aliis regalibus pũctis, proinde & עֶבֶד *héued* id eſt ſeruum, eum appellant. Deſeruit autem præcipue punctis camés, patách & ſeghól quãdo corripiuntur. Sceuá igitur omne (vt prodidit R. Iehudáh in libro Haſſéther & Hamméſech) quod eſt in capite dictionis mouetur, id eſt pronũtiatur, vt בְּרֵאשִׁית *bereſcíth* in principio, שְׁמוֹת *ſcemóth* nomina, סְפַרְדִּי *ſephardí* Hiſpanus, דְּבָרִים *deuarím* verba: & idgenus. Et hoc niſi ſequatur vna ex literis gutturalibus אהחע. quippe gutturali litera ſequente, ſceuá pronuntiatur ſecundum punctum gutturalis literæ: vt קְחִי *chichí* accipe, קְחוּ *chuchú* accipite, תְּאֵנָה *teenáh* ficus, פְּעוֹר *Pohór* nomen idoli, יְאַבֵּד *iaabbéd* perdet, מִגַּעֲרָ־בָךְ *migghohór bach* ab increpando te, יְהִי *ihí* erit. Excipitur tamen camés: quia ſequente camés, ſceuá pronuntiatur vt patách, ſicut גְּעָרָה *ghaharáh* increpatio, קְעָרָה *caharáh* ſcutella, נְעָרִים *naharím* pueri: & idgenus. Quod & R. Dauíd in Michlól ſequitur, vbi de ſceuá hæc tradit præcepta. Annotandũ quòd ſceuá non eſt motus, id eſt punctum: ſed punctorum
820 miniſter tribus modis. Primus eſt, quum fuerit ſceuá iuxta literas אהחע, declinat eius lectio, id eſt pronuntiatio ad pronuntiationem ſequentis literæ gutturalis, ſiue habeat camés, ſiue patách, ſiue ſere, ſiue chiréc, ſiue ſurech, ſiue chólem, ſiue camés cathéph, vt in prædictis

patet exemplis. Et ſi cum ſceuá fuerit accentus ghahaiá, cuius proprium eſt elongare pronuntiationẽ, tunc ſceuá protrahitur & elongatur: vt Pſal. 36.7, Iuſtitia tua כְּהַרְרֵי־אֵל *cháharere el* ſicut montes Dei. Item 81.3, שְׂאוּ־זִמְרָה *ſúu zimráh* ſumite canticum. Et 119.175, תְּחִי *tíchi* viuet anima mea. Secundus, quum fuerit ſceuá iuxta literam י, eius lectio & pronuntiatio ſemper declinat ad chiréc, quanquam י non ſit cum chiréc, ſed cum alio puncto, vt בְּיוֹם *biióm* in die, יְיַחֵל *iiachél* expectabit, בְּיָד *biád* in manu. Quòd ſi fuerit accẽtus ghahaía cum eo, dilatabitur & elongabitur: vt Pſal. 77.21, בְּיַד־מֹשֶׁה *bíiad Moſcéh* in manu Moſcéh. Et 59.14, Deus מֹשֵׁל בְּיַעֲקֹב *moſcel biiahacob* dominatur in Iahacob. Si verò cũ ſceuá iungatur ſeghól vel patách: tũc eius pronũtiatio declinat ad ſeghól vel patách: vt הֱיֵה *heiéh* eſto, חַיֵּה *chaiéh* viue. Tertius, quum fuerit ſceuá iuxta alias literas quæ aliquod habeant punctum, eius lectio & pronuntiatio declinat ad patách: vt בְּרָכָה *barachâh* benedictio, קְלָלָה *chalaláh* maledictio, רְשָׁעִים *raſcahím* impii, שְׁמָנִים *ſcamaním* pingues, גְּלִילִים *galilím* circuli, גְּדוּדִים *gadudím* exercitus, cunei. Et ſi fuerit cum eo ghahaiá, dilatatur & elõgatur: vt Pſal. 68.27, בְּמַקְהֲלוֹת, *bámacheloth* in eccleſiis. Sed Hebræi noſtræ tempeſtatis (vt eſt in libro Ephód) non ſeruant prædictũ legendi modũ in primo & tertio modo prædictis: ſed ſceuá legunt vt ſeghól, id eſt per e breuiſſimum, נְעָרִים *neharím*, & ita in cæteris. 822 823

Duo ſceuaím concurrentia in medio, vel fine dictionis. CAP. VII.

SI verò fuerint duo ſceuaím in medio, vel fine dictionis, prius quieſcit, alterum verò mouetur, id eſt pronũtiatur, vt יִשְׁמְעוּ *iſcmehú* audient, יִלְמְדוּ *ilmedú* docebunt. Et quádo 823

ſunt in fine dictionis, quæ ſequenti cohæret dictioni * per virgulã maccáph, tunc ſecundum legitur, & profertur ſecũdum pronũtiationem ſequentis dictionis: vt Gene.50.1, וַיִּבְךְּ עָלָיו *vaiubchaláu* & fleuit ſuper eum. Ieme.41.10, וַיִּשְׁבְּ יִשְׁמָעֵאל *vaiſcbIſcmahél* & captiuũ duxit Iſmahél. Prouerb.30.6, אַל־תּוֹסֵף עַל־דְּבָרָיו *Al toſphal deuaráu*, ne addas ſuper verbis eius. Ieſa.47.7, עַד לֹא־שַׂמְתְּ אֹלָה עַל־ לִבֵּךְ *had lo ſantélleh hal libbéch*, donec nõ poſueris iſta ſuper cor tuũ. Prou.7.25, אַל־יִשְׁטְ אֶל־דְּרָכֶיהָ לִבֶּךָ *al ieſthél de-*
824 *rachéha libbécha*, Ne declinet ad vias eius cor tuũ. Si verò principiũ ſequẽtis dictionis fuerit cum ſceuá, ſiue ſceuá ſeghól: tũc erũt tria ſceuaím, & duo quæ ſunt in fine dictionis quieſcẽt: vt Gen.9.27, יַפְתְּ אֱלֹהִים *iaphthelohím* dilatet Deus. Idem vſu venit quum duo fuerint ſceuaím in dictione * verſum terminãte, vt Gene.46.29, Et cecidit ſuper collum eius, וַיִּבְךְּ *vuaiéuch* & fleuit. Alii verò arbitrantur quòd ſemper quieſcant duo ſceuaím quæ in fine veniunt dictionis, etiam quæ primo loco ſunt memorata: & ita inuenitur in libris correctis, Iób 31.27, וַיִּפְתְּ בַּסֵּתֶר לִבִּי *vaiíphth baſéther libbí* & ſeductum eſt in abſcondito cor meum. Et Geneſ. 16.11, וְיִלַּדְתְּ בֵּן *viioládth ben* & paries filium. Nume. 21. 1, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי *vaiíſcb miménnu ſcéui* & captiuam duxit ex eo captiuitatẽ. in quibus ב in בַּסֵּתֶר, & in בֵּן eſt cum daghés. & poſt וַיִּשְׁבְּ eſt accentus paſéc: & ita dictiones præcedentes non ſunt coniunctæ cum ſequentibus, ſed per ſe ſingulæ leguntur cum duobus ſceuaím quieſcentibus. Si enim eſſent connexæ, ב eſſet raphatum, & non
825 eſſet paſéc inter illas duas dictiones. Præterea, ſi in medio dictionis fuerint duo ſceuaím, & ſecundũ fuerit ſub literis בגד כפת, tunc ſecundũ mouetur, & pro-

nũtiatur,& dagheſſatur litera ipſa leni daghes:vt יִכְתְּבוּ 825
ichteú ſcribent, יִשְׁכְּרוּ *iſcherú* inebriabunt: & idgenus. Duo tamẽ inueniuntur* quieſcẽtia יָקְתְאֵל *iochthél*, יָקְדְעָם *iocdhám*, quod forſan accidit propter ſequentes literas gutturales, teſte R. Dauíd in Michlól.

Literæ in fine quieſcentes, aut punctatæ cum ſceuá. ה quando in fine mouetur. CAP. VIII.

RItera in fine dictionis poſita, quæ non eſt ex 826.827
literis אהוי, neque habet punctum, legitur cum ſceuá apparenter quieſcente, quãquam ſub litera nõ ponatur ſceuá, quòd in ea nullus error contingere poſſit, vt אָכַל *achál* comedit, אָמַר *amár* dixit. Sub ך verò pronomine fœminco ponitur ſceuá, vt עֵינֵיךְ *henáich* oculi tui, צַוּארֵךְ *ſauuaréch* collũ tuũ: quia ſi poneretur ibi camés, eſſet maſculinum. Ne quis ergo errandi capiat anſam & occaſionem, ſcribitur cũ ſceuá. כ quoque radicalis litera in fine dictionis poſita, ſemper eſt cum ſceuá, vt שָׁפַךְ *ſcaphách* effudit, דָּרַךְ *darách* calcauit. Omnis etiã litera בגד כפת dagheſſata in fine di- 675
ctionis, eſt cũ ſceuá, ſiue radicalis ſit, ſiue deſeruiens: vt וַיֵּבְךְּ *vaiéuche* & fleuit, תִּשְׁתְּ *tíſcte* bibes, וַיִּפְתְּ *vaíphte* & ſeduxit, eſt. Aliæ item literæ præter בגד כפת, vt וַיִּשְׁקְ *vaiáſcche* & potũ dedit, יִשְׁטְ *ieſcte* declinabit. & hoc quia præcedẽs litera eſt cũ ſceuá, & manifeſte quieſcit. Sed in וַיִּחַדְּ יִתְרוֹ 828
vaiíchade & lætatus eſt Ithró, Exod. 18.9, debuerat eſſe cum ſceuá: ſed eſt cum patách propter cacophoniam, & ר eſt cum ſceuá. Quando verò litera eſt raphata, tũc nõ habet ſceuá, ſiue radicalis ſiue deſeruiẽs fuerit, quia non præcedit eam litera manifeſte quieſcens, vt עָשִׂיתָ *baſítha* feciſti, בָּנִיתָ *banítha* ædificaſti: præter כ, de quo paulò ſuprà dictum eſt. ה quoque litera in fine 828

dictionis posita, non habet sceuá, sed punctum sub se, quod appellant mappic, quod eam manifestat, siue sit radicalis siue deseruiēs litera, vt גָּבַהּ *gouáh* altitudo, יָדָהּ
829 *iedáh* manus eius. Præterea quādo sceuá mouetur, & profertur, & ei cohæret vna ex literis בגדכפת: tunc ipsa litera בגד כפת raphatur. Deut. 4.3, בְּבַעַל *beuahal* in Bahal. Iesa. 10.9, כְּכַרְכְּמִישׁ *Checharchemis*. Præter שְׁתַּיִם *ſcet táim* & שְׁתֵּי *ſcetté* duo: quia in capite dictionis, cuius שׁ quiescit, præcedit א quod vocant גְּנוּבָה *ghenuuáh* furto ablatum, eo quòd non scribitur: sed apud Orientales, scribitur אַשְׁתַּיִם *aſctím* אַשְׁתֵּי *aſcté*. Inuenitur tamen cum ת rapháto iuxta normā: vt Iudic. 16.29, מִשְׁתֵּי עֵינָי *miſcetté henái* de duobus oculis meis. Sed Ionáh 4.11, מְשֶׁתֵּי-עֶשְׂרֵה pluſquā duodecim, מ est cū accentu maarích: & שׁ quiescit propter daghés ipsius ת. Et sic quando sunt duæ dictiones inter quas est maccáph virgula coniungens: vt Zech. 4.12, מַה־שְּׁתֵּי *maſceté* quid duæ spicæ &c. שׁ enim quiescit propter eius coniunctionem
830 ad מַה, & duæ dictiones leguntur acsi essent vna. Et ita in aliis literis secundū earum & asperitatem & lenitatem: vt Gene. 43.7, שָׁאֹל שָׁאַל־הָאִישׁ *ſcaól ſcáal haíſc* interrogando interrogauit vir. שׁ est forte. Nume. 27.20, וְשָׁאַל לוֹ *veſcáal lo* & interrogauit eum. שׁ est lene. Et in לָמָּה *lámmah* vt quid, ל est forte: sed in וְלָמָּה *velāmáh* & vt quid, 1. Sem. 28.15 & 16, est lene. Et נ in נָפְלוּ פָנֶיךָ *náphelu phanécha* cōciderunt vultus tui, Gene. 4.6. est forte, Sed Hamós 8.14, וְנָפְלוּ *venáphelú* & cadent, & non resurgent: est lene. Et sic in aliis literis, præter י quod semper est
831 lene nisi dagheſſetur. Præterea, si post sceuá quiescens fuerit vna ex literis בגד כפת, literæ ipsæ non erūt raphatæ, paucis exceptis, vt עִבְרִי *haudé* serui, עִבְרִיהֶם

habdehẽ ſerui eorũ: מַלְכֵי *malche* reges, מַלְכֵיהֶם *malchehém* reges eorũ, מַלְכוּת *malchúth* regnum. Pauca ſunt quæ legi cõſueuerunt cũ raphéh, quæ tamen plærique (vt rectũ eſt) cum daghés legunt: & ita inuenitur in plæriſque libris in Hiſpania. Et ſecundũ Hammaſóreth, nõnulla inueniũtur & raphata & dagheſſata. Dagheſſata vt בִּרְכֵּי *birché* genua, בִּרְכָּיו *bircháu* genua eius, בִּרְכֵיהֶם *birchehém* genua eorũ. Excipiuntur duo quæ ſunt raphata, Iudic. 7.6, Incuruauerunt ſe ſuper בִּרְכֵיהֶם genua ſua. Et Dan. 6.10, In die ipſa incuruauit ſe ſuper בִּרְכוֹתָיו *birchóthi* genua ſua. Et cum daghés, Cant. 8.6, רִשְׁפֵּי אֵשׁ *Riſcpé eſc* carbones ignis. Et cum raphéh, Pſal. 76.4, רִשְׁפֵי קֶשֶׁת *riſcphé cáſeth* ſagittas arcus. Adhæc, macór, hoc eſt infinitiuum & gerundium, addita litera deſeruiente, & ſceuá quieſcente, communiter dageſſatur, vt לִסְגֹּר *liſgór* ad claudendum, לִשְׁבֹּר *liſchbór* ad cõterendum, לַחְפֹּר *lachpór* ad fodiendum. *Sed לִצְבֹּא *liſbó* ad pugnandum, Ieſaiah 31.4, ſecundũ Hammaſóreth eſt dagheſſatum: reliquũ verò לִצְבוֹא eſt raphatum. At לִסְבֹּב *liſuóu* ad circuneundum terram Edóm, Nume. 21.4, quidam cum raphéh, nonnulli legunt cum daghés, vt Tiberiades. 831 832

De *Punctis magnis & paruis.* CAP. IX.

NOtandum quoque eſt, quòd poſt quinque puncta magna, quæ longas conſtituunt vocales, ſẽper eſt נח *nach*. i. quieſcens, hoc eſt alia litera quieſcens, quæ videlicet nõ profertur actu vel potẽtia, nempe vna ex literis אהוי. Poſt camés eſt א actu, vt Hoſéah 10.15, וְקָאַם *vecám* & ſurrexit. Zechar. 14.10, *וְרָאֲמָה *veráamah* & exaltabitur. Prouer. 24.7, רָאמוֹת *ramóth* excelſæ ſtulto ſapiẽtiæ. Potẽtia: vt in קָם *cam* ſurrexit, שָׁב *ſcab* reuerſus eſt. Et in fine dictionis 809 582.583. 584

est א vel ה, vt צָמָא *samá* sitiuit, עָשָׂה *haſáh* fecit. Post seri est י, & etiam post chiric: post cholem & scurec est ו. Et
809 in laterali siue sequenti litera non est daghes, nisi sit dictio longa, vt est לַמָּה *lámmah* vt quid, שָׁמָּה *ſcámmah* illuc, יָמָּה *iámmah* ad mare, vel occidétem, חָרְלוּ *chadéllu* cesſauerunt, נָזְלוּ *nazóllu* stillauerunt. Irme. 2. 12, שֹׁמּוּ שָׁמַיִם
810 *ſcómmu ſcamáim* obstupuerunt cæli. Præterea, quando in latere púcti magni est sceuá, dilatatur púcti prolatio, & sceuá mouetur & sentitur: vt זָכְרוּ זָכֵר *zácheru* recordati sunt, שָׁמְרוּ *ſcámeru* custodierunt, אֹמְרִים *ómerím* dicétes, סִיסְרָא *Siſerá* ducis nomen propriũ, פִּינְחָס *Pínechás* proprium nomen, טוּבְךָ *thũuechá* bonum tuum, aut
810 bonitas tua. Pronuntiatio verò quinque punctorum minorum corripitur, & sceuá quod est in eius latere quiescit, vt אַבְרָהָם *Aurahám*, שִׁרְבִיט *ſcarbíth* sceptrũ, virga, צַמְרִי *ſamrí* lana mea. Et si fuerit sceuá cum litera gutturali אחה"ע, iungitur ei patách vt punctum producatur, & dilatetur gutturalis litera: vt וְשָׁחַטְתּ *veſcachatú* & iugulate pásach, Exod. 12. 21, & idgenus. Interdũ tamen gutturalis litera corripitur, vt Exod. 20. 17, Non תַחְמֹד *thachmód* concupiſces domũ proximi tui. Deut. 13. 8, & non תַחְמֹל *thachmól* parces. Aliquando etiam producitur & dilatatur lectio siue prolatio patách in aliis literis, dictione longa existente, & sceuá quod est in eius latere, quiescente: vt זָכַרְתִּי *zachárti* recordatus sum, זָכַרְנוּ *zachárnu* recordati sumus, שָׁבְתִּי *ſcáuti* conuersus sum, קָמְנוּ *cámnu* surreximus. Et sic cũ litera gutturali, vt שָׂמַחְתָּ *ſamáchta* lætatus es, שָׂמַחְנוּ *ſamáchnu* lætati sumus, שָׁמַעְנוּ *ſcamáhnu* audiuimus: & idgenus, in quibus sceuá quiescit, longo existente patách.

d. i.

De *literis* אהוי בגד כפת & *De accentibus regiis & deseruientibus.*

CAP. X.

Omnis litera בגד כפת iuncta literis אהוי, raphatur, id est leni profertur spiritu, præter מפיק *mappíc*, מפסיק *maphsíc*, דחיק *dachíc*, & אתמרחיק *athemerachíc*: id est quoties post quatuor literas contentas in אהוי, sequitur aliqua ex literis contentis in בגד כפת, talis litera raphatur, nisi sit ibi mappíc, &c. מפיק dicitur à נפק *naphác*, quod Chaldaicè est egredi, exire, educere, producere, vnde mappíc, significat productũ, prolatũ: hoc est, quãdo vna ex literis אהוי profertur & sẽtitur. vt quũ dicimus אי *ai*, בי *bai*, גי *gai*, די *dai*: aut אוי *au*, בוי *bau*, גוי *gau*, דוי *dau*: vel אוי *oi*, בוי *boi*, גוי *goi*, דוי *doi*, & יהה *iedáha*, in quibus ה & י proferuntur. Si ergo præcedat mappíc literam בגד כפת, tunc literæ ipsæ non raphantur, sed daghessantur, vt Psal. 51.17, Domine שְׂפָתַי תִּפְתָּח *sephathái tiphtách* labia mea aperies. ת habet daghés, quia præcedit י prolatũ in שְׂפָתַי. Gene. 16.8, A facie שָׂרַי גְּבִרְתִּי *sarái gheuirtí* Sarai dominæ meæ ego fugio. Et 18.18, Et erit לְגוֹי גָּדוֹל *leghói gadól* in gentem magnam. Psal. 66.17, אֵלָיו פִּי־קָרָאתִי *eláu pi caráthi* ad ipsum ore meo clamaui. Iesahiáh 1.4, הוֹי גּוֹי *hoi goi* Væ gẽti pec catrici. Gen. 27.19, Ego עָשָׂו בְּכֹרֶךָ *hesau bechorécha* Hesau primogenitus tuus. Et 6.16, Et ostiũ arcæ בְּצִדָּהּ תָּשִׂים *besiddáha taſím* in latere eius pones. Leuit. 6. 20, מַחֲצִיתָהּ *machaſithâha babbócher* mediũ eius mane. Excipiuntur tria quæ præter normam raphantur. Psal. 67.18, אֲדֹנָי בָּם *Adonái vam* Dominus in eis. Iesah. 34.11, קַו־תֹהוּ *cau thóhu* linea desolationis. Iechez. 23.42, Et vox multitudinis שַׁלְוָה בָהּ *ſcaléu váha* prosperantis in ea. מַפְסִיק *Maphsíc* verò dici potest diuidens, distinguens, à פסק *pe-*

462

462

ſác quod Chaldaicè eſt diuidere: & eſt accentus diuidẽs inter dictionem cuius finis eſt litera אהו, & dictionem cuius principium eſt aliqua ex literis בגד כפת, ita quòd accẽtus ſit in litera finali ipſius אהו. Et iſti accẽtus reges diuidentes, appellantur melachím, id eſt reges. & ſunt,

א אַתְנָח *athnách* ſiue אַתְנַחְתָּא *athnachtá*, cuius figura eſt א. Pſal. 1.1, Et in via peccatorum nõ עָמַד *hamád* ſtetit.

א ׃ סוֹף פָּסוּק *ſoph paſúc* id eſt finis verſus, cuius figura eſt recta linea א. Pſal. 1.1, Et in cathedra deriſorum nõ א יָשַׁב *iaſcáb* ſedit. Alii appellant eũ סֶלְוִק *ſelíc*. III פַּשֵׁט *paſcéth*, cuius figura eſt א. Gen. 41.26, שֶׁבַע שָׁנִים *ſchéuah ſcaním* ſeptem anni. IIII זָקֵף קָטוֹן *zachéph cathón* Zacheph minus, cuius figura eſt vt ſceuá, א. Geneſ. 41.18, שֶׁבַע פָּרוֹת *ſceuáh paróth* ſeptẽ vaccæ. V זָקֵף גָּדוֹל *zachéph gadól* Zachéph magnum, cuius figura eſt א. Exod. 21.25, חֲבוּרָה תָּחַת חֲבוּרָה *chabburáh táchath chabburáh* liuorem pro liuore. VI רְבִיעַ *reuíah*, & eſt punctum ſupra literam, hoc modo א Pſal. 1.1, Beatus הָאִישׁ *haíſc* vir. VII תְּבִיר *teuír*, cuius figura eſt א. Num. 26.34, Et numerati eorũ duo וְחֲמִשִּׁים אֶלֶף *vachamíſcim éleph* & quinquaginta milia.

א VIII אָזְלָא *azelá* virgula hoc modo א. Pſal. 16.1, Cõſer ua me אֵל *el* Deus. IX שְׁנֵי גְרִישִׁין *ſcené gheriſcín* hoc modo א. Deut. 27.12, Iſti יַעֲמֹדוּ *iahamdú* ſtabunt ad benedicẽdum. X תַּלְשָׁא גְדוֹלָה *talſcá ghedoláh* Talſcá magnũ, quod eſt in capite dictionis hoc modo א. Deuter. 28.63, שָׁשׂ וְהָיָה כַּאֲשֶׁר *vehaiáh caaſcér ſás* & erit, quemadmodum &c. XI קַרְנֵי פָרָה *carné pharáh* cornua vaccæ, hoc modo א. Ieſah. 44.9. הֶמָּה בַל־יִרְאוּ *hémma bal irú* ipſi non videbũt. XII זָרְקָא *zarcá* hoc modo א. Pſal. 1.1, Beatus vir qui non הָלַךְ *halách* ambulauit. XIII סְגוֹלְתָּא *ſeghuláh*, eſt vt ſeghól ſupra literam hoc modo א. Deut. 9.

21, Et combussi eum בָּאֵשׁ *baésc* igni. xiiii פָּזֵר גָּדֹל *pazér gadól*, hoc modo א. Psal. 6. 3, אֻמְלַל *vmlál* debilis. א

xv פָּזֵר קָטֹן *pazér cathón*, hoc pacto א. 1. Paral. 19. 7, & cõduxerunt לָהֶם *lahém* sibi. xvi טַרְחָא *tarchá* in prin- א
cipio dictionis, sic א. Prouer. 1. 25, גַּם־אֲנִי בְּאֵידְכֶם *gam aní beédechem* etiã ego in contritione vestra ridebo. Addunt plærique & שַׁלְשֶׁלֶת *scilscéleth*, qui fit hoc modo א. Psal. א
10. 2, יִתָּפְשׂוּ *ittapheſú* capientur. Isti accentus diuidunt inter duas dictiones: & idcirco literæ בגר כפת quæ veniunt post אהוי dagheſſantur. Psal. 30. 10, Quæ vtilitas בְּדָמִי בְּרִדְתִּי *bedamí beridtí* in sanguine meo dum descendo ad foueam? Exod. 21. 20, vel אֲמָתוֹ בְּשִׁבְטוֹ *amathó baſcéueth* ancillã eius virga. Et 25, חֲבוּרָה תַּחַת חֲבוּרָה *chabburáh táchath chabburáh* liuorem pro liuore. 1. Paralip. 19. 6, וַיִּרְאוּ בְּנֵי עַמּוֹן *vaiirú bené hammón* & viderunt filii Hammón. Psal. 5. 4, Audies קוֹלִי בֹּקֶר *colí bócher* vocem meam, mane &c. Et 8, וַאֲנִי בְּרֹב *vaaní berób* & ego in multitudine &c. Et 13, quia אַתָּה תְּבָרֵךְ *attáh teuarécb* tu benedices.

Sunt & alii accentus qui appellantur מְשָׁרְתִים *meſcarethím*, id est ministrantes, & deseruientes, qui non diuidunt dictiones, sed trahunt dictionem in qua est litera אהוי, ad aliam sibi proximam. vnde literæ בגר כפת raphantur post literas אהוי, talibus accentibus in dictione existentibus. Et primus horum accentuum est שׁוֹפָר יָשָׁר *ſcophár iaſcár*: qui fit hoc modo א. Psal. 1. 1, לֹא עָמַד *lo hamád* non stetit. ii שׁוֹפָר מְהֻפָּךְ *ſcophár mahaphéch* hoc modo א. Psal. 1. 1, Beatus vir אֲשֶׁר *aſcér* qui. iii דַּרְגָּא א ita א. Gen. 39. 17, Ingressus est ad me הָעֶבֶד *habéued* seru⁹. iiii מַאֲרִיךְ *maarích* ita א. Psal. 1. 1, וּבְמוֹשַׁב לֵצִים *vumoſcáu leſím* & in cathedra derisorum. v מַקֵּף *maccáph* virgula duas coniũgens dictiones. Psal. 1. 3, עַל־פַּלְגֵי־מָיִם

*Accẽtus deseruiẽtes

א *halpalghemáim* ſecus riuos aquarũ. VI קַדְמָא *cadmá* hoc pacto ׃ I.Para.12.8, לְמַצָּד מִדְבָּרָה *lamſád midbára* ad munitionem in deſerto. VII תַּלְשָׁא קַטְּנָה *talſcá chethãná* in fine dictionis hoc modo א. Gene.39.19, וַיְהִי כִּשְׁמֹעַ *vaihi chiſcmóah* & fuit, quum audiſſet. VIII תְּרֵין חוּטְרִין *terén chutherín* duæ virgulæ hoc modo אָ. IX טַרְחָא אָ אַחֲרוֹנָה *tharchá acharonáh* tharcha poſterior, hoc pacto Iiób 4.10, שְׁנֵי *ſcinné* dentes. X גַּלְגַּל *galgál* hoc pacto אָ. appellatur & יַרְחָ בֶּן־יוֹמוֹ *iaréach ben iomó* luna filia diei ſui, id eſt diem habẽs vnum, quia videlicet ei ſimilatur. Pſal.5.7, דְּבְרֵי כְזָב *doueré chazáu* loquentes mẽdaciũ.

Sed iam horum citemus exempla quomodo raphẽtur literæ בגד כפת. Pſal.13.6, Cãtabo Domino כִּי־גָמַל עָלָי *chi ghamál halái* quoniam retribuit ſuper me. Et 104.11, וְשִׂבְעֵי פְרָאִים יִשְׂבְּרוּ *iſcberú pheraím* frãgent onagri. Iiób 4.10, וְשִׁנֵּי כְפִירִים נִתָּעוּ *veſcinné chephirím* dẽtes leunculorũ euulſi ſunt. Et 9.14, אֶבְחֲרָה דְבָרָי *eucharáh deuarái* eligam verba mea. Nume.19.2, Et afferent אֵלֶיךָ פָּרָה *elécha pharáh* ad te vaccam. Pſal.4.5, אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם *imru viluauchém* dicite in corde veſtro. Et 5.8, אָבוֹא בֵיתֶךָ *auó vethécha* ingrediar domũ tuã. Et 12, כָּל־חוֹסֵי בָךְ *chol chóſe vách* omnes ſperãtes in te. Et 7.17, Reuertetur עָמָלוֹ בְרֹאשׁוֹ *hamaló veroſcó* labor eius in caput eius. Et 8.5, כִּי תִפְקְדֶנּוּ *chi thiphchedénnu* quia viſitabis eum. Et 7, תַּמְשִׁילֵהוּ בְּמַעֲשֵׂה *tamſciléhu vemahaſéh* dominari facies eum in opere. Eſt autem notandũ quòd quãdo cum ſcophár iaſcár & maarích accẽtibus eſt פָּסֵק *paſéc* accentus inter dictiones iacens, tunc inſtar accentuum regalium diuidunt, & literæ בגד כפת da gheſſantur. Gen.18.21, עָשׂוּ כָלָה *haſú caláh* fecerunt conſummationem. Deut.9.21, Et combuſſi אֹתוֹ בָאֵשׁ *othó baéſc* eum igni. Et talſca minor, & tarcha poſterior, quæ

ſunt in fine dictionis,& terē chutherín & athnách, in libro Pſalmorum & Iiób & Prouerbiis ſunt vt accētus deſeruientes, & literæ בגד כפת raphantur,vt ſuprà memorauimus. Notandum præterea quòd non omne maccáph eſt accentus deſeruiens, & exigens vt literæ prædictæ בגד כפת raphentur:quippe maccaph exiſtente in monoſyllabo habēte ante literas אהוי patach, vel camés,vel ſeghól, quia duæ dictiones vt vna (propter coniunctionem)reputantur,literæ בגד כפת dagheſſantur,vt in Dachíc ſumus dicturi. Itidem dagheſſantur quando non habent quampiam ex ipſis literis בגד כפת, vt Gen.27.26. גְּשָׁה־נָּא *gheſcanná* appropinqua núc.Si vero nō habuerint maccáph,non dagheſſantur,vt Gen. 27.36, Decepit me זֶה פַּעֲמַיִם *zeh phahamáim* iam duabus vicibus.Et ſic quādo habent ſēri,chiríc,chólem & ſcuréc,memoratæ literæ raphantur. Exod.21.31, אִוֹ־בֵן *ouén* vel filium cornupetierit.Gen.1.9,וַיְהִי־כֵן *vaihichén* & fuit ſic. Et 18.10, וְהִנֵּה־בֵן *vehinnehuén* & ecce filius. 2. Reg.4. 28,* הֲשָׁאַלְתִּי־בֵן *haſcaálti uén* num petiui filium? Eſter 6. 10, וַעֲשֵׂה־כֵן *vahaſehchén* & fac ita.Ieſa.43.27,& rhetores tui* פָּשְׁעוּ־בִי *paſchuú* præuaricati ſunt in me. Excipiuntur tamen nōnulla cum maccáph quæ dagheſſantur. Exod.15.1, Quia* גָּאֹה גָּאָה *gaóhgaáh* magnificando magnificauit.Et 16,* יִדְמוּ כָּאָבֶן *iddemúcaáuē* ſiluerút vt lapis. Et 13,Duxiſti in miſericordia tua* עַם־זוּ גָּאָלְתָּ *hamzúgaálta* populū quē redemiſti.Et 10,* מִי כָמֹכָה *micamócha* quis ſicut tu?Exod.28.27,Et pones eos עַל־שְׁתֵּי כִתְפוֹת *halſcettéchittephóth* in duobus lateribus.Deu.13.10,* וְסָקַלְתּוֹ בָּאֲבָנִים *vſcaltóbaauaním* & lapidabit eum lapidibus. De dachíc, & athemerachíc,ſequenti dicemus capite.

Dachíc & Athemerachíc. CAP. XI.

DAchíc דָּחִיק, dicitur à דָּחַק *dachác* quod eſt coartare: vnde dachíc coartatum, eo quòd exigat coartatam dictionem, hoc eſt monoſyllabam: de qua & in præcedenti dictum eſt capite. Eſt ergo dachíc coniũctio monoſyllabæ dictionis punctatæ cum patách vel camés aut ſeghól ad literas בגר כפת, quæ exigit vt memoratæ literæ dagheſſentur: vt Gen. 38.29, מַה־פָּרַצְתָּ *mahparáſta* quid diuiſiſti. 1. Semu. 28.14, מַה־תָּאָרוֹ *mahtaoró* quid (pro qualis) forma eius? Pſal. 30.10, מַה־בֶּצַע *mahbéſah* quid vtilitatis (ſiue quæ vtilitas) in ſanguine meo? Si vero punctetur cum ſéri, aut chiríc, vel chólem, aut ſcurech, tunc raphantur: vt habes præced ẽti capite, & Exo. 22.6, כִּי־תֵצֵא אֵשׁ *chithéſe eſc* quum egreſſus fuerit ignis. Et 23.5, כִּי־תִרְאֶה *chithiréh* quum videris aſinum. Leuit. 25.2, כִּי־תָבֹאוּ *chithauóu* quum ingreſſi fueritis. Sunt qui dicunt dachíc eſſe, quando litera quæ eſt ante ה finale, habet ſeghól, & ſequens litera בגר כפת habet accentũ in primo puncto regali. Pſal. 19.3, Et nox nocti יְחַוֶּה־דָּעַת *iechauuehdáhath* indicabit ſciẽtiam. Irme. 4.19, הוֹמֶה־לִי *hómehli* turbatio mihi. Sed primũ eſt cõmunius, & magis cõſentaneũ.

464

Athemerachíc אַתִּי־מֵרָחִיק dici poteſt Veniens procul ſiue à longe. אָתָה enim eſt venit, & מֵרָחִיק procul, à lõge: quòd accentus videlicet ſit procul. Et eſt Athemerachíc quando finis dictionis eſt ה non radicale actu vel potentia, & præcedens litera habet camés, accẽtus verò eſt in prima ſyllaba ſequentis dictionis incipientis ab vna litera בגר כפת quæ dagheſſatur. Si vero accẽtus nõ ſit in prima ſyllaba, raphatur. Gene. 30.33, וְעָנְתָה־בִּי *vehanethabi* & reſpõdebit pro me iuſtitia mea. Ieſa. 40

7, נִשְׁבָּה בּוֹ *náſceuah bo* ſufflauit in eo. Excipiuntur, Pſal. 84.4, Etiam paſſer מָצְאָה בַיִת *maſeah uáith* inuenit domum. Ioel 3.13, Quia מָלְאָה נַּת *maleah ghath* plenum eſt torcular. In potentia verò eſt, Iechez. 9.4, וְהָתְוִיתָ תָּו *vehithuítha táu* & ſigna ת. Ieſa. 12.1, Quia אָנַפְתָּ בִּי *anáph ta bi* iratus es in me. In potentia enim camés quod eſt ſub ת, eſt ה, quum ſit punctum magnum, vt dictum eſt ſuprá. Et ſic Gene. 38.29, עָלֶיךָ פָּרֶץ *halécha páres* ſuper te diuiſio. Et 42.10, וַעֲבָדֶיךָ בָּאוּ *vahauadécha báu* & ſerui tui venerunt. Et 29, Et venerunt ad Iahacób patrem ſuum אַרְצָה כְּנָעַן *árſah chenáhan* in terram Chanáhan. Si verò 464
non fuerit accentus in primo, ſed in ſecundo puncto 465
ſequentis dictionis, tũc raphantur literæ בגד כפת. Exod. 466
26.31, וְעָשִׂיתָ פָּרֹכֶת *vehaſítha pharócheth* & facies velũ. Gen. 27.29, וּמְבָרֲכֶיךָ בָּרוּךְ *vmuarachécha varúch* & benedicentes te benedictus. Et 47.15, Et intulit Ioſeph argentũ בֵּיתָה פַּרְעֹה *béthah pharhóh* in domũ Parahonis. & idgenus. Excipiuntur, Pſal. 77.16, גָּאַלְתָּ בִזְרוֹעַ עַמֶּךָ *gaálta bizróah hãmécha* redemiſti in brachio populũ tuum. Iób 5.27, Ecce hoc חֲקַרְנוּהָ כֵּן הִיא *chacarnúha chen hi* inueſtigauim' illud, ſic eſt. Deuter. 32.15, עָבִיתָ כָּשִׂיתָ *hauítha caſítha* impinguaſti te, dilataſti te. Si verò ſequẽs dictio nõ incipiat ab 467.829
vna litera בגד כפת dũtaxat, ſed plures iungantur literis אהוי, tũc aut ſunt eædẽ literæ, vtputa duo ב, duo כ: aut ſunt diuerſæ & eiuſdẽ exitus, vtputa labii, vel palati, aut dentiũ &c. aut ſunt duorũ exituum. Si ſint eædẽ, & prima fuerit cũ ſceuá, tunc prima dagheſſatur, & ſecunda raphatur. Ieſa. 10.9, הֲלֹא כְכַרְכְּמִישׁ *haló chechárchemíſc* nónne ſicut Charchemís Calnóh? 1. Reg. 18.44, Nubes קְטַנָּה כְּכַף־אִישׁ *chethannáh chechaph iſc* parua vt vola viri. Iechez. 27.15, בְּנֵי דְדָן *bené Dedán* filii Dedán negotiato-

res tui. Si vero prima non fuerit cũ ſceuá, tunc & ipſa raphatur. Leuit. 21.13, Et ipſe אִשָּׁה בִּבְתוּלֶיהָ *iſſcáh viuthuléha* vxorem in virginitate eius acceperit. 2. Reg. 3.20, וַיְהִי בַּבֹּקֶר *vaihí vabbócher* & fuit mane. Ieſa. 13.19, וְהָיְתָה *vehaiethá* 467 כָּבֶל *vauél* & erit Babél. Si vero literæ nõ fuerint eædẽ, ſed eiuſdẽ exitus, eandem ſequitur normã, nempe quòd prima dagheſſatur, & ſecunda raphatur. Exod. 14.4, וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה *veicauedáh bepharhóh* & glorificabor in Pharahone. Leuit. 25.53, Non יִרְדֶּנּוּ בְּפֶרֶךְ *irdénnu bephérech* dominabitur ei in rigore. Sepha. 3.12, Et non יִמָּצֵא בְּפִיהֶם *immaſé bephihém* inuenietur in ore eorũ. Ióh 38.3, אֱזָר־נָא כְגֶבֶר *Ezorna cheghéuer* accinge nunc ſicut vir lumbos tuos. quanquam raphatum legunt hoc filii Aſcer. כ enim & פ ſunt eiuſdẽ exitus, id eſt labii: כ verò 467 & ג, palati. Si verò fuerint diuerſorum exituum, ſiue prima fuerit cum ſceuá, ſiue cũ alio puncto, raphatur. Pſal. 147.17, proiiciens קָרְחֹו כְּפִתִּים *chorchó chephittím* cryſtallũ ſuam ſicut buccellas. 1. Sem. 2.3, Ne multiplicetis lo qui גְּבֹהָה גְבֹהָה *gheuohá gheuohá* ſublime ſublime. 2. Semu. 13.15, כִּי גְדוֹלָה הַשִּׂנְאָה *chi ghedoláh haſſináh* quia maius odium. כ enim eſt exitus palati, פ labii: ג palati, & ב 469.470 labii: ג item labii, & ר dentium. Et quia כ raphatum, in voce ſimile eſt ipſi ח, ideo euphoniæ cauſa כ ſequẽte ח, dagheſſatur. Dani. 5.11, וְחָכְמָה כְּחָכְמַת אֱלָהִין *vechochmáh chechochmáth elahín* & ſapientia ſicut ſapientia deorũ. Et 3.5, שַׂבְּכָא פְּסַנְתֵּרִין *ſabbechá peſanterín* ſambucæ & pſalterii. quod etiam euphoniæ gratia dagheſſatur. Et 2, אֲדַרְגָּזְרַיָּא גְּדַבְרַיָּא *adargazraiá ghedabraiá* duces, tyrannos. ג eſt dagheſſatum, eo quòd concurrunt tres literæ נגר כפת. 468 כ quoque quanquam non ſit cũ ſceuá, dagheſſatur. Ieſa. 54.12, וְשַׂמְתִּי כַּדְכֹּד *veſamtí cadchod* & ponam vnionẽ.

siue margaritã. Irme. 20.9, וְנִלְאֵתִי כַלְכֵּל *veniléthi calchél*, & laboraui ferendo.

Alias quoque literas præter literas בגר כפת *dagheſſari vel raphari ſi ſequantur literas* אהוי. CAP. XII.

LIteræ quoque aliæ præter literas בגר כפת, raphantur, aut dagheſſantur, ſi veniant poſt literas אהוי. Dagheſſantur, Pſal. 19.3, וְלַיְלָה & nox nocti indicabit ſcientiã. 1. Sem. 1.6, וְכִעַסַּתָּה צָרָתָהּ & irritabat eam inimica eius. Ieſa. 58. 3, לָמָּה צַמְנוּ vt quid ieiunauimus? Prouerb. 7.13, וְנָשְׁקָה לּוֹ & oſculatus eſt eum. Geneſ. 30.1, הָבָה־לִּי בָנִים da mihi filios. Et 25.33, הִשְׁבָּעָה לִּי Iura mihi. Excipiuntur illud 459
Ieſah. 40.10, מֹשְׁלָה לּוֹ dominans ei. Exod. 21.42, וְיָלְדָה־לּוֹ & peperit ei filios. Et ſic quando ה eſt radicalis litera, vt Geneſ. 37.3, וְעָשָׂה לוֹ & fecit ei tunicam. Siue quando ſcri 474.459
bitur litera quieſcens, vt eſt א, ה, &c. poſt camés vel ſeri, vt plurimũ raphantur: ſicut Deut. 8.17, עָשָׂה לִי fecit mihi ſubſtãtiam. Ionáh 4.4, חָרָה לָךְ iratus eſt tibi. Irme. 5.5, אֵלְכָה־לִּי ibo mihi. Geneſ. 27.4, וַעֲשֵׂה־לִי & fac mihi. Et 35.1, וְעֲשֵׂה שָׁם & fac ibi altare. Pauca tamen inueniuntur cũ daghés poſt camés, quæ memorata ſunt in principio huius capitis. Et Gen. 25.22, לָמָּה זֶּה אָנֹכִי vt quid ego? Irme. 31. 26, Et ſomnus meus עָרְבָה לִי dulcis fuit mihi. Sed poſt ſeri non inuenitur daghés: quia poſt 460
ipſum* perpetuò ſcribitur litera quieſcens in fine dictionis, vt in Michlól ſcripſit R. Dauid. Sed quãdo dictio eſt punctata cum pathách magno vel paruo: magno exiſtente in medio dictionis, & paruo in fine: tunc dagheſſatur ſequens dictio, vt* Pſal. 91.10, יְצַוֶּה־לָךְ mandabit de te. Gen. 35.3, וְאֶעֱשֶׂה־שָּׁם & faciã ibi altare Deo. Irme. 22. 14, אֶבְנֶה־לִּי ædificabo mihi domum. Et ſi 461
ה non ſit radicalis litera, ſed redundans in fine dictio-

nis, quanuis fuerit punctata cum camés, sequens tamẽ dagheſſabitur, vt Nume. 22.6, אָרָה־לִי maledic mihi. Et 11, קָבָה־לִי maledic mihi. & idgenus.

Naturalis literarum diuiſio penes vocum inſtrumenta & exitus. CAP. XIII.

INſtrumenta quibus locutio perficitur (nenine diſcrepante) ſunt quinque, guttur, palatum, lingua, dẽtes, & labium: ex quorum diuiſione, naturalis vocum & literarum ſumitur diſcrimen. Proinde vt priſci prodiderunt gram-
401 matici omnes, R. Ionáh in Richma, R. Dauid in Mich lól, literarum quædam dicũtur literæ הַגְּרוֹן *haggarón*, id eſt gutturis, videlicet aléph, he, cheth, haáin: quarũ memoratiuum ſignum eſt אחהע. Aliæ ſunt הַחֵיךְ *hachéch*, id eſt palati, videlicet ghímal, iod, caph, coph: quarum ſignũ eſt גיכק. Aliæ הַלָּשׁוֹן *hallaſcón*, id eſt linguæ, videlicet dáleth, theth, lámed, nun, táu: quarum ſignum eſt דט לנת. Aliæ הַשִּׁנַּיִם *haſſcinnáim*, hoc eſt dentium, nẽpe záin, ſámech, ſcin, res, ſádi: quarum ſignũ eſt זס שרץ. Aliæ הַשְּׂפָה *haſſapháh*, id eſt labii, videlicet beth, váu, mem, pe: quarum ſignũ eſt בומף. Hæc eſt antiquorũ traditio: ſed ex iunioribus plærique, quas antiqui palato, ipſi linguæ tribuunt non citra rationem. Si enim capiatur palatum pro ſuperficie oris, vt vulgus cõmuniter accipit, quum ſit iunctũ maxillæ ſuperiori, quæ non eſt mobilis in aliquo viuente per ſe (licet ad capitis moueatur motum) præter crocodilum, de quo fertur pro miraculo, quòd maxillam moueat ſuperiorem: conſtat luce clarius, palato non poſſe attribui literarum motum, exitum & pronuntiationem. Si verò capiatur palatum pro inferiori ſuperficie oris ſub

lingua existente, ex qua prouenit ad linguam viscosa quædam humiditas in qua perficitur sapor(Iiób 12.11, Palato cibus sapit. Prouerb.24.13,Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum super palato tuo) quum per seipsum nullo pacto moueatur,liquet ipsum non esse locutionis instrumentū. Literæ igitur גיכק nōn sunt palati;sed linguæ, sicut & literæ דטּ לנת. Sed motus linguæ in גיכק est facilis,ad superiorem tēdens oris superficiem: in literis verò דטּ לנת motus est in longitudine linguæ cum aliqua eleuatione:& motus linguæ magis apparet in דטּ לנת quàm in גיכק. Res quoque litera tam cum raphéh quàm cum daghés, est ex literis linguæ:& ita sunt decem literæ linguæ, quarum signum est גכק דטּי לנרת.

Literarum potestas. CAP. XIIII.

HIs ita notatis,dicendum est de literarum potestate:vbi notandum est quòd Hebræis huius tempestatis non est ea in legendò peritia,& in memoratis literarum motibus,siue punctis motio & pronuntiatio quæ fuit apud antiquos Hebræos:sed vt eorum exigit captiuitas,& per orbem vagatio, & varias inter nationes mistio, ita diuinas legunt literas. Et quanquam ab initio cæteris fuit & perfectior & copiosior Hebræa lingua, vtpote Deū habēs authorem, tamen ob illius populi impietates & innumera scelera, cūctis aliis facta est pauperior. Et si in septuaginta annis,quibus fuerunt in Babél,suam electam linguam obliuioni fere tradiderunt(sicut scriptum est Nechem.13.24,Et filii eorum ex media parte loquebantur Asdotice,& nesciebant loqui Iehudaice) quanto magis in tam longa captiuitatē?Dicam itaque

de literarum potestate, quæ à grammaticis sunt mandata literis, & quæ ab iis qui me docuerunt, accepi.

א Igitur à plærisque putatur vocalis, quòd nullum alium habeat sonum præter sonum & vocem pũcti additi, אָ a, אֶ e, אִ i, אוֹ o, אוּ u. Alii verò dicunt esse consonantem, quòd per se sine punctis nullam habeat vocem. Et sic omnes alias literas, consonantes putant: & pũcta literis iuncta, vnãquanque literam, vocalem efficiunt, nedum vnam vocalem: sed omnes quinque vocales ex vna eadémque litera possunt pũcta reddere secundum ipsorum punctorũ diuersitatem: vt iam satis supérque dictum est. א igitur secundum punctorum varietatem facit a, e, i, o, u nostra. Sine punctis (siue fuerit in medio, siue in fine) quiescit, id est non pronuntiatur, vt קָאם *cam* surrexit, רֹאש *rosc* caput, עָמָא *sa má* sitiuit, & idgenus.

ב Consonans, duplicem habet vocem. Si enim habeat raphéh (de quo dictum est) pronuntiatur vt β Græcum; siue u nostrũ, vt אָב *au* pater, אַבְרָהָם *Auraham* Auraham: quanquam & simplex b scribere solemus, ab, Abrahã. Si verò habeat daghés, fortiter sonat, vt דִּבֶּר *dibber* locutus est. Et cum punctis, decem reddit voces: quinque lenes cum raphéh, בְ *va*, בֶ *ve*, בִ *vi*, בוֹ *vo*, בוּ *vu*. & quinque fortes cum daghés, בָּ *ba*, בֶּ *be*, בִּ *bi*, בּוֹ *bo*, בּוּ *bu*.

ג Consonans, sine puncto facit g nostrum, vel gh, vt דָּג *dag* piscis. Et cum punctis, itidem decẽ reddit voces, quinque lenes cũ raphéh, גָ *gha*, גֶ *ghe*, גִ *ghi*, גוֹ *gho*, גוּ *ghu*. & quinque fortes cum daghes, גָּ *ggha*, גֶּ *gghe*, גִּ *gghi*, גּוֹ *ggho*, גּוּ *gghu*: sed hæc pronuntianda sunt perinde acsi esset duplex ggh, & secundo aspirato, הַגּוֹי

haggḥói gens. Debet enim vox esse asperior, & fortiori spiritu enuntiari propter daghés. Et caue ne in prolatione vnquam dicas, ga, ge, gi, go, gu, vt dicis in gero & gibbus, & idgenus: sed vt pronuntias Gabriel, galbanus, gomor, gubernator, gula: acsi scriberentur gha, ghe, ghi, gho, ghu, vel leniter, vel aspere.

ד Consonans, sine puncto facit d nostrum, vt עָמַד *hamád* stetit, גַּד *Ghad*. & habet duplicem vocem, lenem & asperam siue fortem, vt duæ præcedentes, דַ *da*, דֵ *de*, דִ *di*, דֹ *do*, דוּ *du*: & cum daghés, דַּ דֵּ דִּ דֹּ דּוּ, quæ in voce nihil videntur habere discriminis in principio dictionis à raphatis siue lenibus, vt in דָּוִד *Dauíd*: sed in medio & fine dictionis, eius percipitur asperitas, quia vt duplex dd pronũtiatur, vt in אַדִּיר *addír* fortis, admirabilis, וַיִּחַד *vaitchadde* & lætatus est.

ה A plærisque vocalis, ab aliis consonans putatur vt א, & est gutturalis litera, leni aspiratione pronuntianda, quæ sine púctis facit h nostram aspirationem, vt עָשָׂה *haṡáh* fecit, פָּנָה *panáh* respexit. Quando verò habet in fine sub se punctum mappíc, sentitur, vt dictum est suprá. Et habet quinque voces, הַ *ha*, הֵ *he*, הִ *hi*, הֹ *ho*, הוּ *hu*.

ו A plærisque connumeratur inter vocales, ab aliis inter consonantes, vt dictum est de א. & sine puncto in fine facit u, vt דְּבָרָיו *deuaráu* verba eius, אָבִיו *auíu* pater eius. Et cum punctis, habet quinque voces: וַ *va*, וֵ *ve*, וִ *vi*, וֹ *vo*, וּ *vu*, vel וּ *v* vocalis.

ז Consonans, sine punctis facit z nostrum vel Græcũ, vt אָז *az* tunc. Et cum punctis, quinque reddit voces, זַ *za*, זֵ *ze*, זִ *zi*, זֹ *zo*, זוּ *zu*.

ח A quibusdam vocalis putatur, quibus nõ assentior. sine punctis facit χ Græcũ, hoc est ch, è medio gut-

ture fortiter ſonans, vt אַח *ach* frater. Et cum punctis, quinque reddit voces, חַ *cha*, חֵ *che*, חִי *chi*, חוֹ *cho*, חו *chu*.

ס Conſonans, ſine punctis facit θ Græcum, hoc eſt th. Et cum punctis, quinque reddit voces, סַ *tha*, סֵ *the*, סִי *thi*, סוֹ *tho*, סו *thu*.

י Vocalis putatur, vt de א dictum eſt. Et ab Hiſpanis Hebræis in principio dictionis leniter profertur, vt יַד *iad* manus, יָם *iam* mare. in medio verò dictionis, acute, vt in אַיֵּם *aiám*, דַּיֵּם *daiám*. Germani verò & Galli vbique legunt leniter, vt in יַד *iad*. Antiqui verò quum ponant י inter palati literas, vbique, id eſt in principio & medio dictionis legebant acute, vt legũt Hiſpani אַיֵּם *aiám* & דַּיֵּם *daiám*. Nam י lectũ vt יַד *iad* ab Hiſpanis, citra omnem dubitationem eſt ex literis linguæ. In fine poſitum interdũ ſentitur, vt in דְּבָרַי *deuarái* verba mea. quãdoque quieſcit, vt in דִּבְרִי *diuré* verba. & ſic in medio, vt אִישׁ *iſc* vir, אַדִּיר *addir* fortis. Et quinque reddit voces cũ punctis, vt יַ *ia*, יֵ *ie*, יִ *ii*, יוֹ *io*, יִו *iu*. Quãdo autem habet daghés, ſonat vt duplex י, vt וַיֹּמֶר *vaiiómer* & dixit. Nec aſſentior his qui legendum putant vagómer cum g. daghés enim eandem literam fortius ſonare facit.

כ Conſonãs, cum raphéh leniter profertur, vt χ Græcum & ח Hebræum: nec faciunt noſtri Hebræi diſcrimen inter כ raphatum & ח in pronuntiatione, & כּ dagheſſatum & p, vt ſcribitur in libro Ephód: quanquã apud antiquos nonnihil erat diſcriminis, ſicut erat inter ב raphatum & ו, & inter ס & צ & ש. Fertur, Iſmahelitas ſenſibiliter inter ea diſcrimẽ facere: ſed noſtrates Hebræi כ dagheſſatum vt p pronuntiant. Habet igitur כ decem voces: quinque lenes, כַ *cha*, כֵ *che*, כִי *chi*, כוֹ *cho*, כו *chu*: & quinque fortes, כַּ *ca*, כֵּ *ce*, כִּי *ci*, כּוֹ *co*, כּו *cu*.

quo pacto pronuntiatur p, vt ſuo dicá in loco. & in fine cũ ſceuá facit ch, vt הָלַךְ *halách* ambulauit:& cum camés,cha,vt אֲבִיךָ *auícha* pater tuus.

ל Conſonans,ſine puncto facit l noſtrum,vt אָכַל *achál* comedit.Cum punctis, quinque habet voces,לַ *la*, לֶ *le*, לִי *li*, לוֹ *lo*, לוּ *lu*.

מ Conſonans,ſine puncto facit m noſtrum, vt אֵם *em* mater, אִם *im* ſi.Et cum punctis,quinque reddit voces,מָ *ma*, מֶ *me*, מִי *mi*, מוֹ *mo*, מוּ *mu*.

נ Conſonans,ſine puncto facit n noſtrum, vt שֶׁמֶן *ſcémen* oleum. Et cum punctis, quinque reddit voces, נָ *na*, נֶ *ne*, נִי *ni*, נוֹ *no*, נוּ *nu*.

ס Conſonans facit s noſtrum,ſed denſius,& ſine puncto,vt סַס *ſas* tinea.Et cum punctis, quinque reddit voces,סָ *ſa*, סֶ *ſe*, סִי *ſi*, סוֹ *ſo*, סוּ *ſu*.

ע Haáin,vel ſine aſpiratione Ain,vt aliis placet,à plæriſque putatur vocalis: quibus non aſſentior. pronuntiatu difficilis eſt,& gutturis tangit ſummitatẽ in prolatione:& admodũ difficile(ne dicam impoſſibile) eſt ſcripto eius tradere poteſtatẽ,ſiue pronuntiationẽ. Et in fine dictionis,ſine puncto ſonat ah, vt שָׁמַע *ſcamáah* audiuit.Eundem reddit ſonum quãdo habet pathách in fine,vt שׁוֹמֵעַ *ſcoméah* audiens.Et cum punctis, quinque efficit vocales,quarum ſonus incipit ab ha,& deſinit in a, e, i, o, u, ſic, עַ *haa*, עֲ *hae*, עַי *hai*, עוֹ *hao*, עו *hau*.vt עַם *haám* populus, עֵין *haen* fons, oculus, עַיִם *haim* cum,עֹמֶר *haómer* menſuræ genus,עוג *haugh* coquere inter prunas. Hæc vt poſſumus, exprimimus, ad viuam vocem vos remittentes.

פ Duplicem habet vocem,lenem & fortem:& in fine ſine puncto facit φ Græcum, hoc eſt ph, vt אַף *aph*

etiã. Cũ punctis verò decẽ reddit voces, בָּ *pha*, בָּ *phe*, בִּ *phi*, בֹּ *pho*, בּוּ *phu*. Et בָ *pa*, בָ *pe*, בִּ *pi*, בֹּ *po*, בּוּ *pu*, cum daghés. Sed in medio dictionis vt duplex p pronũtiatur, vt אַפּוֹ *appó* furor eius, & idgenus.

צ Sádi, siue sáde, facit s densius quàm ס. quanquam (vt diximus) nostrates Hebræi nil faciunt inter ea discriminis, quẽadmodum faciunt Ismahelitæ. Nec illis assentior qui differentiæ causa per c, vel z, scribendũ censent, vt עִיּוֹן *ciión*, vel זִיּוֹן: sed per s scribendũ est: & ita communiter obseruarunt qui in Græcum transtulerunt vetus instrumentum. Et quinque reddit distinctas voces, צָ *ſa*, צָ *ſe*, צִי *ſi*, צֹו *ſo*, צוּ *ſu*.

ק Facit κ Græcum, aut c nostrum exile, vt רַק *rac* tantum, רִיק *ric* inane. Et cum pũctis, quinque reddit distinctas voces, קָ *cha*, קָ *che*, קִי *chi*, קֹו *co*, קוּ *cu*. Sed aduertendum, & diligenter annotandum, quòd p cum e & i, siue séri & chiric, non pronuntiatur vt cepe & cingo. non enim dicũt Hebræi קֶדֶר *cedár*, sed *chedár*: neque קֶרֶן *céren*, sed *chéren* cornu: neque קִשּׁוּא *ciſſcu*, sed *chiſſcu* cucumis: neque קִיר *cir*, sed *chir* paries. vnde & cum ch, hæc scribere consueui, non tamen pronuntianda sunt gutture vt χ Græcum, vel ח Hebraicum, quum sit litera palati vel linguæ, vt dictum est.

ר Facit ρ Græcum, siue r nostrum, vt נֵר *ner* lucerna. Et cum punctis, quinque differentes efficit vocales, רָ *ra*, רֶ *re*, רִי *ri*, רֹו *ro*, רוּ *ru*.

שׁ Cum scibbóleth, facit s nostrum, siue σ Græcum, vt רֹאשׁ *roſc* caput. Cum sibbóleth verò pronũtiatur vt ס, vt dictum est: vt שָׂדֶה *ſadé* ager. Et quinque reddit distinctas voces, videlicet שׁ *ſca*, שֶׁ *ſce*, שִׁי *ſci*, שׁו *ſco*, שׁוּ *ſcu*. vel potius ſa, ſe, ſi, ſo, ſu. Et quando habet sibbóleth,

cum ſ denſiori,ſa,ſe,&c.

ת Duplicem habet vocem,lenem & aſperam,ſeu fortem:cum raphéh profertur vt θ Græcum,ſiue ט Hebræum,id eſt th, vt אֵשֶׁת *éſceth* vxor. Et cũ daghés profertur vt t forte,ſiue duplex tt,in mediò & in fine dictionis,vt אִתָּךְ *ittách* tecum,אַתְּ *átte* tu,& idgenus. Eſt autem annotandum quòd ſingulæ literæ, præter gutturales & ר,poſſunt habere daghés,vt ſuprà dictum eſt. Idcirco notandæ ſunt regulæ ſuprà memoratæ de daghés & raphéh: & vbi inueneris daghés, eam vocẽ fortius ſonare facies: vbi verò raphéh, lenius. Sciendum eſt etiam quòd motus minores, ſiue púcta minora(de quibus dictum eſt)non reddunt alias voces à magnis, quanuis illa breues,& iſta longas efficiant vocales, vt dictum eſt : ſicut apud Græcos, eãdem vocem reddit ο micron breue,& ω mega,& apud Latinos a in dictione arma,& ab, cum tamen prius ſit lõgum, & alterũ breue.Et idcirco dictũ eſt ſæpe quòd reddunt quinque vel decem voces diſtinctas,ſubaudi diſtinctione ſenſibili.

Altera literarum diuiſio penes earum vſum. Quomodo deſeruiant & punctentur מ & ש. CAP. XV.

POſt naturalem literarum diuiſionẽ,dicendum eſt de alia ipſarum diuiſione,quæ ſumitur penes earum vſum. Literarũ igitur, 200.201.
vndecim ſemper ſunt שְׂרְשִׁיוֹת *ſcarſciióth*, id 202.203
eſt radicales:quia videlicet ſunt de radice & ſubſtantia dictionis:quarum ſignum eſt נטִ חסֵר קעֵר וּעֵף. quãquam alia alii tradant ſigna. Aliæ verò vndecim, & radicales ſunt & נוֹסָפוֹת *noſaphóth*, id eſt additæ , & Scimuſciióth id eſt miniſtrantes & deſeruientes , vtpote ad oſtendendum genus ſingulare & plurale,præteritum & fu-

turum, & idgenus, de quibus suo loco dicturi sumus. earum signum est כשׂה כתב צליגו.de quarum singulis dicendum est quambreuissime, quoniam in magnis Institutionibus nostris copiosè pertractata sunt hæc.

מ Igitur deseruit participiis in principio, vt מְרַבֵּר loquens:de quibus in verbis suo loco dicemus.Et infinitiuis,vt מִקְצֹף ab irascendo, siue irasci, id est ne irascar.Et nominibus,vt מִלְבֶּן fornax. Et in fine nominũ, vt צַדִּיקִים iusti. Et dictioni millath hatthahá, vt מִבַּלְעֲדֵי præter,חִנָּם gratis. Materialem præterea denotat causam.Iiob 33.6,מִמֹּחֶמֶר ex luto excisus fui. Interdũ deficit.Exod.37.6,Et fecit propitiatoriũ וַיַּעַשׂ כַּפֹּרֶת(pro מִזָּהָב) ex auro mundo. 279 Et causam per se efficientem connotat. Gen.24.50,מֵיְהוָה à Domino egressus est sermo.

Et per accidens. Thren.1.4,Viæ Siiõn lugẽt, מִבְּלִי eo quòd non sint venientes ad solennitatem. Et motũ à loco. Iiob 39.32,מִשָּׁם inde cõtemplata est escam. Et tempus:vt מִיּוֹם à die, מֵעוֹלָם à sæculo. Et partem,aut partes alicuius totius,aut vniuersalis. Cant.1.2, Osculetur me מִנְּשִׁיקוֹת ex osculis oris sui.id est vno,aut duobus,vel pluribus osculis. Ponitur & vice cum.Iesah. 226 57.8, Pepigisti fœdus מֵהֶם cum eis. Et vice יוֹתֵר, id est magis,plus, quàm, augentis aduerbio. Prouerb. 3.14, Melior est negotiatio eius מִסְּחַר כֶּסֶף negotiatione argenti. Et loco pro permutatiui.* Psal.107.17,Stulti מִדֶּרֶךְ pro via (id est loco viæ) præuaricationis eorum, & pro iniquitatibus eorum,humiliabuntur. Et vice propter.Psal.38.9, Rugiebam מִנַּהֲמַת propter gemitum 226 cordis mei. Et vice in. Psal.72.16,Et florebũt מֵעִיר in ciuitate. Et vice מִן à,vel ab:& possessionẽ significat. Gen.49.20,מֵאָשֵׁר De Ascér(.i.terra Ascér)pinguis pa-

nis eius. Et vice ne. Iob 33.28, Redemit animam meã מֵעֲבֹר à transeundo (.i. ne trãsiret) in foueam. Et quia מ ponitur vice מִן, dagheſſatur ſequens litera ob defectum נ, vt dictum eſt ſuprà, & in prædictis patet exemplis: & hoc, niſi ſequatur vna ex literis אחהער, quæ non ſunt dagheſſabiles: quibus ſequentibus, מ punctatur cum ſeri: præter ה quod & cum ſeri & cum chiric pũctatum inuenitur. Pſal. 139.18, מֵחוֹל præ arena multiplicabuntur. Gen. 14.23, Si מִחוּט à filo &c. ר quoque ſequente inuenitur מ cũ chiric. 1. Semu. 23.28, מֵרֵדְף à ſequendo (id eſt ne ſequeretur) Dauid. Et ſic quando ח ſequẽs punctatur cũ ſceuá. 1. Semu. 15.26, מֵחְיוֹת ne eſſet rex. Et ſi poſt מ venit י cum ſceuá, tunc י quieſcit. Eſa. 2.3, Et verbũ Domini מִירוּשָׁלִַם de Ieruſalaim. 1. Reg. 13.12, מִיהוּדָה de Iehudáh. & idgenus. Excipiuntur duo, Dani. 12.2, Et multi מִישֵׁנֵי de dormientibus terræ. 2. Paralip. 20.11, מִירֻשָּׁתְךָ de poſſeſſione (vel hæreditate) tua. 212.213

שׁ Ponitur vice אֲשֶׁר qui, quæ, quod, quia, quòd: & vice propter. Inuenitúrque punctatum cum ſeghól: cũ ſceuá itẽ: & pathách loco ſeghól: & cũ cames ad producendum א interdum, iuxta quod ponitur. Cant. 1.6, ne aſpiciatis me שֶׁאֲנִי quòd ſim fuſca. Et 4.2, שֶׁעָלוּ quæ aſcenderunt. Geneſ. 6.3, בְּשַׁגַּם eo quòd etiam eſt caro. Iudicum 6.17, שְׁאַתָּה quòd tu loqueris mecum. Eccle. 3.18, vt viderent שְׁהֵם בְּהֵמָה הֵמָּה quòd ipſi animal ſunt. 219.227. 228.1182

De ה deſeruiente, & eius punctatura. CAP. XVI.

NOnnullas verborum coniugationes conſtituit ה, vt hiphhil, hithpahál, & hophhál: & nomina, vt הַכָּרָה agnitio, הָנָחָה requies. Ponitur & in fine interdum imperatiui, infinitiui, & futuri, vt קוּמָה ſurge, לְרַחְצָה ad lauãdum, 267

Et Eccleſ. 12.8, הַקֹּהֶלֶת concionatrix. eſt adiectiuum animæ Selomóh congregãtis ſapientiã, ait R. Dauid in Michlól. Et illud 2. Semu. 24.16, In area Araunáh הַיְבֻסִי Iebuſæi: eſt nomen gentile. Et ſic הַמְנַשֶּׁה pro הַמְנַשִּׁי eſt gentile. Iehoſ. 13.7, Et dimidiæ tribui הַמְנַשֶּׁה. Et ſic illud Iechez. 38.2, Et terrã הַמָּגוֹג Magog. Nam iuxta nomina gentilia & localia venit ה notificatiuũ, vt Geneſ. 39.17, ſeruus הָעִבְרִי Hebræus. Iehoſ. 11.3, וְהָאֱמֹרִי וְהַחִתִּי & Emoræus, & Chittæus. Et ſi nomen fuerit compoſitum, ה quãdoque venit iuxta ſecundam dictionem. 1. Semu. 16.1, Et Iſcái בֵּית־הַלַּחְמִי Bethhalamitha. De locali Iehoſ. 12.9, rex הָעַי Hai. Notãdum autem quòd ה interdum non notificat particulatim. Eccle. 4.12, Et ſi prævaluerit הָאֶחָד vnus. Gene. 19.8, הָאֶחָד vnus venit ad peregrinandum. Et 42.27, & aperuit הָאֶחָד vnus ſaccum ſuum. 236 229

Interdum ה notificatiuum præponitur & adiectiuo & ſubſtantiuo ſimul. Ieſa. 8.6, Abiecit הָעָם הַזֶּה populus iſte. Geneſ. 39.17, Ingreſſus eſt ad me הָעֶבֶד הָעִבְרִי ſeruus Hebræus. Et 9, Quomodo faciam הָרָעָה הַגְּדֹלָה הַזֹּאת malum grande hoc? Et ſi poſt ה ſequatur litera dagheſſabilis, dagheſſatur: vt הַדָּבָר verbum, הַמֶּלֶךְ rex: quod & ſuprà annotauimus. Niſi ſit punctata cũ ſceuá, quia tunc vtplurimum raphatur. Leuit. 3.3, Et adipem הַמְכַסֶּה אֶת־ qui operit inteſtinum. Michah 3.9, הַמְתַעֲבִים qui abominamini iudicium: & idgenus. & ſic הַלְוִיִּם Leuitæ, הַיְלָדִים nati, filii, הַיְקוּם ſubſtantia, הַיְשׁוּעָה ſalus, הַצְפַרְדְּעִים ranæ. Sed illud Exod. 8.6, & aſcendit הַצְפַרְדַּע rana, eſt cum daghés. Et ſic quando poſt ה ſequitur litera gutturalis אהחע, vtplurimum dagheſſatur, vt הַיְעָפִים laſſi, הַיְעָלִים cerui vel capreæ, הַיְהוּדִי Iehudæus, הַיְהוּדִים Iehudæi. Sed הַיְאוֹר riuus, vel fluuius, הַיְאוֹרִים riui, fluuii, ſunt 229.230 220 221

237 cum raphéh. ה notificatiuum non venit iuxta præteritũ:& ſicubi inueniatur,ponitur vice אֲשֶׁר qui, quæ, quod,vt Ieſah. 51.10, הַשָּׁבָה quæ ponere fecit. Pſal.66.9,הַשָּׂם qui poſuit. 1.Paralip. 26. 28, הַהָקְדִּישׁ qui ſanctificauit. Iehoſuah 10. 24, הַהֹלְכִים qui ambulauerunt.

264.266 ה interdum eſt vocandi aduerbium . Deuter. 32. 1, Audite הַשָּׁמַיִם ô cæli. Iechez.37.9,veni הָרוּחַ ô ſpiritus.

257 ה eſt interrogantis,& admirantis aduerbium,an,nũquid,vtrum,ſi,&c.& punctatur cum ſceuá & pathách: vel cum ſeghól,ſi principium dictionis ſequentis fuerit cum camés, alleuiandi cauſa.Et ſi principiũ dictionis fuerit litera gutturalis, ה eſt cum pathách tãtum, vel cum ſeghól.Geneſ.18.25,הֲשֹׁפֵט nunquid iudex omnis terræ &c. Et 37.10, הֲבוֹא Num veniendo veniemus

258 &c.Sed illud Leuit.10.19,quod eſt admirantis,eſt cum pathách tãtum, & י cũ daghés, videlicet הַייִטַב בְּעֵינֵי יְהוָה Num bonum (vel placitum) erit in oculis Domini? Sic illud Exod.14.11, הֲמִבְּלִי Nunquid non erant ſepulcra &c. eſt cum pathách tantũ,ſecundũ R.Ionáh, quod ſecundum normã debuerat eſſe cum ſceuá & pathách: vt eſt illud 2. Reg. 1.3, הֲמִבְּלִי nunquid non eſt Deus in Iſraél? & ita eſt in Thargũ Ieroſolimitano. R.tamen Dauid in Michlól dicit ſe illud inueniſſe in omnibus

259 libris correctis cũ ſceuá & pathách. Et ſequente litera gutturali, vt Nechem.6.11, הַאִישׁ núquid vir vt ego fugiet? Irme. 12.9, הָעַיִט nunquid auis tincta hæreditas mea mihi? Nume.31.15,הַחִייִתֶם Num viuificaſtis (.i.vi-

259.372 uas reſeruaſtis) omnem fœminam? Et cum ſeghól, Nume.11.12, הֲאָנֹכִי nunquid ego concepi omnẽ populum hunc? Ioel 1.2, הֲהָיְתָה Nunquid fuit hoc in diebus veſtris? Geneſ. 24.5, הֲהָשֵׁב nunquid reducendo reducã

filium tuum &c. Interdum post ה admiratis venit אִם 260
interrogantis, confirmantis, & admirantis particula, augendæ admirationis gratia. Iiób 6.13, הַאִם Nunquid non est auxilium meum in me? Venit etiã cum sceuá & pathách ad confirmationem, & rei veritatẽ confirmãdam, secundũ R. Ioséph patrem R. Dauid: quanquam ipse R. Dauid, admirantis esse putat. 1. Semu. 2. 27, הֲנִגְלֹה Nunquid reuelando reuelatus sum domui patris tui? 1. Reg. 21. 19, הֲרָצַחְתָּ Nunquid occidisti, & etiam possedisti? Nume. 20. 10, הֲמִן־הַסֶּלַע Num de petra hac educemus vobis aquam? Et si addatur ei לא, est confirmatiuum. Iiób 22. 5, הֲלֹא Nũquid non malitia tua multa? Et 31. 4, הֲלֹא־הוּא Nunquid nõ ipse videbit vias meas? Psal. 53. 5, הֲלֹא־יָדְעוּ Nunquid non nouerunt operantes iniquitatem? Et sic cum אִם, Iiób 6. 13, quod paulo suprà citauimus. Num. 17. 13, הַאִם nunquid cõsumpti sumus ad moriendum? ה præterea ponitur vice ל, vel אֶל ad, 282
in fine dictionis. Gen. 28. 14, Dilataberis יָמָּה וָקֵדְמָה וְצָפֹנָה וְנֶגְבָּה ad Occidentem, & ad Orientem, & ad Aquilonẽ, & Meridiem. Et vice ו. Hamós 7. 11, גָּלֹה migrãdo mi- 786.851
grauit. Vice item ו pronominis. Genes. 9. 21, In medio אָהֳלֹה tabernaculi sui. pro אָהֳלוֹ. Exo. 32. 25, quia פָּרְעָה nudauit eum Aharón. Et vice א. Iechez. 11. 7, הוֹצִיא educam. 2. Semu. 3. 18, הוֹשִׁיעַ saluum faciam. pro אוֹשִׁיעַ &c.

כ *deseruiens, & eius punctatura.* CAP. XVII.

INterdum כ est similitudinis aduerbiũ. Iechez. 13. 4, כְּשֻׁעָלִים sicut vulpes. Canti. 2. 2, כְּשׁוֹשַׁנָּה sicut lilium inter spinas. Ponitur pro circiter, quasi. Iudic. 3. 29, & percusserũt Moáb in tempore ipso כָּעֲשֶׂרֶת circiter decem milia viros. Est etiam temporale aduerbium. Genes. 38. 29,

246 כְּמֵשִׁיב quando reduxit manum ſuam. Et quãdo ſunt duo, vt Gen. 44. 18, כְּמוֹךָ כְּפַרְעֹה ſicut tu, ſicut Pharhóh: ſic exponũtur, teſte R. Abrahám & aliis grammaticis, Tu es ſicut Pharhóh, & Pharhóh ſicut tu. Et ſic 18. 25, כַּצַּדִּיק כָּרָשָׁע ſicut iuſtus, ſicut impius. i. iuſtus vt impius, & impius vt iuſtus. Et in fine nominum, verborũ, & milloth hattháham, ſecundã denotat perſonã pronominis, vt אָבִיךָ pater tuus, נְתַתִּיךָ dedi te, הִנָּךְ ecce tu: de
222 quibus ſuo in loco copioſè ſumus dicturi. Interdum in potentia habet ה notificatiuum: ad quod denotandum pũctatur cum pathách. Pſal. 133. 2, כַּשֶּׁמֶן הַטּוֹב ſicut vnguentum (vel oleum) bonũ. i. oleum notum, quod eſt oleum vnctionis. acſi eſſet ſcriptum כְּהַשֶּׁמֶן. Ieſah. 30. 29, כַּהֹלֵךְ (pro כְּהַהוֹלֵךְ) ſicut pergẽs cum tibia. Et cum ſeghól, Irme. 20. 16, כֶּעָרִים ſicut ciuitates quas ſubuertit
211 Dominus. כ communiter punctatur cum ſceuá, vt patet ex locis primo loco memoratis. Si verò fuerit iuxta literas gutturales punctatas cũ ſceuá & pathách, pathachatur. Num. 24. 9, dormiuit כָּאֲרִי ſicut leo. Et 6, כַּאֲרָזִים ſicut cedri iuxta aquas. Ieſah. 44. 4, כַּעֲרָבִים ſicut ſalices. Exod. 11. 4, כַּחֲצֹת circa mediũ noctis. Et ſic quan
224 do ח eſt cum ſéri. Pſal. 119. 70, Coagulatum eſt כַּחֵלֶב ſi-
204 cut lac cor eorum. Et ſi litera gutturalis fuerit cum ſeghól & ſceuá, כ eſt cum ſeghól. Ieche. 36. 20, *כְּאָמְרָ cũ diceretur eis. Et ſi venerit iuxta literam punctatam cũ ſceuá, כ eſt cum chiríc. Nume. 24. 6, כִּנְחָלִים ſicut valles.
211 Et ſi א dictionis principium quieſcat, id eſt nõ pronun tietur, tunc כ eſt cum ſéri. Geneſ. 3. 5, eritis כֵּאלֹהִים ſicut
212 dii. Si verò principiũ dictionis fuerit cum י ſceuato, adueniente כ, י quieſcit. Ieſah. 10. 16, כִּיקוֹד ſicut exuſtio
214. 215 ignis. Pſal. 90. 15, כִּימוֹת ſicut dies. Sed iuxta nomen Dei

g. i.

magnum quatuor literarum, est cum pathách. Psal. 113.5, Quis כַּיהוָה sicut Dominus? Et sic א quiescente: vt כַּאדֹנָי. Et quando res est nota, כ est cum camés, siue principium dictionis sit cum sceuá & pathách, siue cum sceuá & seghól. Iesah. 38. 12, כָּאֲרִי sicut leo. Idem Psal. 22. 17. Si verò litera prima fuerit cũ camés chathéph punctato cum sceuá, tunc כ est cum camés, licet res non sit nota. Prouerb. 31. 14, Fuit כָּאֳנִיּוֹת sicut naues mercatoris. Sin verò camés chathéph non habuerit sceuá (quod accidit sequente sceuá, vel litera dagheſſata) tunc כ est cum sceuá, secundum eius normã. 1. Reg. 2. 6, Et facies כְּחָכְמָתֶךָ secundum sapientiã tuam. כ sequente macór, id est infinitiuo, seu gerundio ex verbis quorum secunda litera quiescit, vel ex verbis geminatis, semper est cum sceuá, vt כְּתוֹם quũ incaluerit, à verbo תָּמַם: & כְּשׁוּב quum conuerterit. Psal. 12. 9, כְּרֹם quum exaltatæ fuerint vilitates. 215 216 217

de seruientes, & punctatura ב & ת. CAP. XVIII.

IN præteritis verborum ת denotat primam personam singularem, & secundam vtriusque numeri. In futuris verò, secundam masculini vtriusque numeri, & secundam & tertiam fœminei etiã vtriusque numeri. Et interdum ponitur in fine infinitiuorum & participiorum, vt suo in loco patebit. Et in principio & in fine nominum: vt תְּצַנֶּפֶת corona, mitra, תְּקוּמָה surrectio, תִּפְאֶרֶת gloria. Et cum ו, plurale constituit fœmineum, vt בָּנוֹת filiæ: & interdum masculinum, vt אָבוֹת patres.

ב Causam notat materialem, id est è, ex. Exod. 38. 8, Et fecit labium æneum cum basi sua בְּמַרְאֹת ex speculis &c. Et 35. 32, Ad faciendũ בַּזָּהָב ex auro. Quandoque ve-

rò inſtrumentũ. Ieſa.7.20, Radet Dominus בְּתַעַר in no-
255 uacula. Et 25, בַּמַּעְדֵּר in ſarculo ſarrietur. Nonunquã
& locum & tempus ſignat. Ieſa.2.10, Ingredere בְּצוּר in
petram. Exod.5.1, Vt ſacrificet mihi בַּמִּדְבָּר in deſerto.
Geneſ.7.11, בַּחֹדֶשׁ in menſe. Deute.4.45, בְּצֵאתָם quando
256 egreſſi ſunt ex AEgypto. Ponitur præterea vice עִם
cum. Ieſah. 7. 24, בַּחִצִּים וּבַקֶּשֶׁת cum ſagittis & arcu ve-
niet illuc. Exod.15.19, ingreſſus eſt eques Parhóh בְּרִכְבְּוֹ
256 וּבְפָרָשָׁיו cũ curru ſuo, & cũ equitibus ſuis. Et vice pro-
pter. Gen.29.18, Seruiam tibi ſeptem annis בְּרָחֵל pro-
pter Rachel. Et 18.28, Nunquid diſperdes בַּחֲמִשָּׁה pro-
255.256 pter quinque. Et vice מִן è, ex, de. Leuit.8.32, Et quod
ſupereſt בַּבָּשָׂר וּבַלֶּחֶם de carne & pane. Exod.12.43, Om-
257 nis filius alienigenæ non comedet בּוֹ ex eo. Et vice
עַד vſque. Pſal.36.6, Domine בַּהַשָּׁמַיִם vſque ad cælos mi
257 ſericordia tua. Et vice adeò, intantum. Thren.4.14,
Polluti in ſanguine בַּדָּם adeò (vel intantũ) vt non poſ-
256 ſent pertingere ad veſtimẽta eorum. Et vice ל, id eſt
ad. Leuit.16.22, Et mittet hircum בַּמִּדְבָּר ad deſertum.
257 Et vice עַל ſuper. Nechem.2.12, Sedebam בָּהּ ſuper eo.
Nume.13.24, Portauerunt eũ בַּמּוֹט ſuper vectem. quan
quam & vecte poteſt exponi, vt notet inſtrumentum.
Ieſah.21.13, Onus בַּעֲרָב ſuper Harabiam. Eſt etiam iu
rantis. Geneſ.22.16, בִּי Per me iuraui. Iehoſ.2.12, Iurate
mihi בַּיהוָה per Dominum. ב quoque & de præterito
dicitur, & de futuro, hoc eſt, ponitur vice ante & vice
poſt. Geneſ.2.2, Compleuit Deus בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי die ſepti-
ma (id eſt ante diem ſeptimam) opus ſuum. Nume.28.
213 26, בְּשָׁבְעֹתֵיכֶם poſt hebdomadas veſtras. Circa púcta-
turam ב, notandum eſt quòd communiter punctatur
cum ſceuá. Si verò ſequens litera fuerit gutturalis pun

ctata cum sceuá & pathách, tunc ב est cum pathách. Psal.1.1, בְּעֲצַת in consilio impiorum. Et 54.7, בַּאֲמִתֶּךָ in veritate tua. Quòd si fuerit cum sceuá & seghól, ב est cum seghól. Hoseah 2.20, desponsabo te mihi בֶּאֱמוּנָה in fide. Sed illud 1.Paralip.15.26, בְּעֶזְרַ dum iuuaret Deus 204
Leuitas: est cum seghól, quod consueuit esse cum pathách, quia ע debuerat esse cũ sceuá & pathách, quanuis sit cum sceuá tãtum: & seghól ipsius ב, indicat ע debuisse esse cum sceuá & seghól, licet voluerit author illud breuiare. Et si sequetis dictionis principium est 212
cum sceuá, ב est cum chiric, vt Genes.30.27, בְּגִלְלֶךָ propter te. Psalm.47.6, בִּתְרוּעָה in iubilatione. Si verò א 212
quiescens fuerit dictionis principium, ב est cum séri. Psal.56.12, בֶּאלֹהִים in Deo speraui. Et 60.14, בֵּאלֹהִים In Deo faciemus fortitudinem. Et cum nomine magno cum pathách. Deuter.4.4, adhærentes בַּיהוָה Domino Deo vestro. Psal.73.28, בַּאדֹנָי in Domino Deo. Quòd si י cum sceuá fuerit dictionis principiũ, iuncto sibi ב, 212
quiescit, vt 2.Para.30.12, בִּיהוּדָה in Iehudáh. Et 1, בִּירוּשָׁלִַם in Ieruscaláim. Psal.9.15, בִּישׁוּעָתֶךָ in salute tua. Et 68.8, בִּישִׁימוֹן per desertũ. Et interdum י quiescit, licet non 213
sit cum sceuá: Psal. 45. 10, Filiæ regum בִּיקָרוֹתֶיךָ cum honorabilibus tuis. cuius p euphoniæ gratia est daghes satum: & secundum normam, ב debuerat esse cum sceuá, & י cum chiric. Quòd si res fuerit nota, ב est cum 215
camés. Psal.86.8, Non est sicut tu בָּאֱלֹהִים in diis. Irme. 22.23, quæ nidificas בָּאֲרָזִים in cedris. Psal.97.7, בֵּאלִילִים in idólis. Et si principium dictionis fuerit cum camés 216
chathéph cum sceuá punctato, ב est cum camés, quanuis res non sit nota. Iesa.7.4, בְּחֲרִי־אַף in ira furoris Resín. 1.Semu.1.11, Si videndo videris בְּעֳנִי in afflictionem

217 ancillæ tuæ. Si verò non fuerit cum ſceuá, vt accidit ſequente ſceuá, vel litera dagheſſata, tunc ב eſt cũ ſceuá ſecundum eius normam. Ieſah. 66. 23, Erit de menſe בְּחָדְשׁוֹ in menſem eius. Irme. 2. 24, בְּחָדְשָׁהּ in menſe
217 (.i. menſtruo) eius inuenient eã. Illud autem Leuit. 26. 43, בֵּהְשַׁמָּהּ מֵהֶם quum deſolati fuerint ex eis: habet ב cum camés chathéph, & ה cum ſceuá: & ſecundũ normam ב debuerat eſſe cum ſceuá, & ה cum camés chathéph: vt eſt eodem capite, verſu 34, Omnibus diebus הֶשַּׁמָּה quibus deſolata fuerit. Sed ad alleuiandum ח, poſitum eſt camés ſub ב. Demum ב cum infinitiuo, ſiue gerundio verborum, quorum ſecunda litera quieſcit, vel geminatorum, eſt cum ſceuá, vt בְּשׁוּב in cõuertendo, בְּסָבַב in circumeundo, & idgenus.

א & ל deſeruientes, & earum punctatura. CAP. XIX.

DEſeruiẽs א, eſt ſignum primæ perſonæ futuri, vt אֶקְרָא clamabo, אִירָא timebo. Ponitur etiam in principio nominum, vt אְזְרוֹעַ
635 brachium, אְתְמוֹל heri. Et infinitiuorum, ſeu gerundiorum: vt Ieſah. 28. 28, אְדוֹשׁ triturare triturándo. In medio interdum quieſcit, vt רֹאשׁ caput, שְׂמֹאל dextera. Et in fine: vt פֶּלֶא mirabile, miraculũ, & idgenus.

ל Eſt ſignũ datiui, vt Pſal. 3. 3, לְנַפְשִׁי animæ meæ. Gen. 16. 2, לְקוֹל voci. Et ex eo multa fiunt pronomina, vt לוֹ ei, לִי mihi, &c. de quibus quum de pronominibus erit ſermo, differemus. Indicat etiam cauſam materialem. Exod. 4. 3, verſa eſt לְנָחָשׁ in ſerpentem. id eſt in ſerpentis materiam. Ieſah. 2. 4, Conflabunt gladios ſuos לְאִתִּים in vomeres. Et finalem, Geneſ. 1. 17, לְהָאִיר vt
253 illuminent. Et 18, וְלְהַבְדִּיל & vt diuidant. Ponitur etiã vice propter. Geneſ. 20. 13, dic לִי propter me. Leuit. 4. 3,

לְאַשְׁכַּת propter delictum populi. Et vice in. Iiób 2.13, 252
& sederunt cum eo לָאָרֶץ in terra. Gen.4.23, virum occidi לְפִצְעִי in vulnere meo. Nonnunquam personam 250.0196
denotat patientem, siue est signum accusandi casus. Psal.116.16, Soluisti לְמוֹסֵרָי vincula mea. Irme.40.2, tulit princeps laniorum לִירְמְיָהוּ Irmeiáhu. Iesa.36.14, Ne seducat לָכֶם vos. Interdum tamen contrà, ponitur ex parte subiecti. Iesah. 32. 1, וְלִשָּׂרִים & principes in iudicio principatum tenebunt. Exod.27.3, לְכָל־כֵּלָיו omnia 250
vasa eius facies ærea. sed hoc licet præponatur, est personæ patientis signum. Deuter.28.32, Non erit לְאֵל for titudo in manu tua. Ponitur etiam vice à, vel ab, vel ex: & hoc habet aut ratione præcedentis verbi, aut rei sic exigentis. Nume.22.33, Declinauit לְפָנַי à facie mea. Deuter.28.7, Fugient לְפָנֶיךָ à facie tua. Gene.14.19, Benedictus Abrám לְאֵל à Deo excelso. Ponitur & vice pro. Genes.11.3, Et fuit eis later לְאָבֶן pro lapide. i. loco lapidis. Exod.5.12, Ad colligendum stipulam לַקֶּשׁ pro palea. Et 14.14, Dominus pugnabit לָכֶם pro vobis. Et vice sicut, quasi. Iechez.11.11, eritis in medio eius לִבְשָׂר sicut caro. Psal.109.19, וּלְמֶזַח & sicut zona. 1. Semu.1.13, reputauit eam לְשִׁכֹּרָה sicut ebriam. Et vice vsque, vsquead, adeò vt, intantum. Exod.21.6, Et seruiet ei לְעֹלָם vsque in sæculum. 2. Paralip.14.13, Ceciderunt de AEthiopibus לְאֵין־לָהֶם adeò vt non fuerit eis vita. 2. Semu. 13. 2, Et angustia fuit ipsi Amnón לְהִתְחַלּוֹת adeò vt ægrotaret. Et vice super, apud, iuxta. 1. Semu. 5.3, Daghón ceciderat לְפָנָיו super faciem suam. quod tamen potest exponi, ante eam: nẽpe arcam. Leuit.19.28, Incisionem לָנֶפֶשׁ super animam. Nume. 1.52, Vnusquisque iuxta vexillum suũ, לְצִבְאֹתָם iuxta exercitum suũ. 253

Geneſ. 49.13, לְחוֹף iuxta litus marium habitabit. Et vice poſt, poſtquam. Leuit. 13.7, לְטָהֳרָתוֹ * poſtquã mundauerit eum, oſtendetur ſecundo ſacerdoti. poteſt etiã exponi, vt mundet eum. Eſt etiã iurantis, ſecundum R. Ionáh. 2. Semu. 3.12, לְמִי־אָרֶץ per quem eſt terra. i. per Deum cuius eſt terra. poteſt etiam exponi interroga-
254 tiue, cuius eſt terra? Ponitur & vice ה notificatiui, teſte R. Ionáh & R. Dauid in Michlól: ad quod ſignificandum punctatur cum pathách vel camés. Pſal. 74. 19, Reſpice לַבְּרִית ad pactum. Et 69.21, וְלִמְנַחֲמִים & conſolantes, & non inueni. Itẽ 68.36, Et fortitudines לָעָם populo. Et 66.12, eduxiſti nos לְרְוָיָה ad irriguã. Item 121. 1, Canticum לַמַּעֲלוֹת (pro הַמַּעֲלוֹת) graduum. Iechez. 10.2, Ingredere in medium לַגַּלְגַּל (pro הַגַּלְגַּל) rotæ. Ibidem, de medio לַכְּרוּבִים Cherubimorum. ל communiter punctatur cum ſceuá, vt כ & ב, vt ex iam memoratis locis
210 ſatis liquet. Cæterũ ſi ſequens litera ſit gutturalis punctata cum ſceuá & pathách, ל punctatur cum pathách, vt לַעֲבוֹר ad tranſeundum, לַעֲשׂוֹת ad faciẽdum, לַאֲחֻזָּה in
211 poſſeſſionem. Et ſi fuerit cum ſeghól & ſceuá, punctatur cum ſeghól, vt לֶאֱסֹר ad alligandum, לֶאֱכֹל ad come-
210 dendum. Et ſi ſequens litera ſit cum ſceuá, ל eſt cum chiríc, vt לִרְאוֹת ad videndum, לִהְיוֹת eſſe, לִבְרִית in pactũ.
212 Et ſi א quieſcat, ל eſt cum ſeri, vt לֵאמֹר dicere, dicẽdo,
214 לֵאלֹהִים Deo, in Deum. Vel pathách, vt לַאדֹנִי domino
212 meo. Sequente verò י punctato cum ſceuá, י quieſcit, vt לִיהוּדָה Iehudæ, לִידִידִי dilecto meo, לִירֵאָיו timentibus eũ.
213 לִירוֹת ad iaciendum. Interdum etiam quieſcit י, quanquam non ſit cum ſceuá, & tranſfertur motus eius in literam deſeruientem. Prouerb. 30. 17, Et contemnit
216 לִיקְהַת אֵם obedientiã matris. pro לִיקְהַת. Et quando res

eſt nota, ל eſt cum camés vel pathách, vt ſuprà dictum eſt. Exod. 22.20, Sacrificans לֵאלֹהִים diis. Nume. 22.2, quæ fecit Iſraél לָאֱמֹרִי Emoræo. 1. Reg. 12.32, Vt immolaret * לָעֲגָלִים vitulis. Exod. 34.7, Cuſtodiens miſericordiam לָאֲלָפִים milibus. Omnia alia לַאֲלָפִים ſunt cum pathách. Geneſ. 19.7, Tantum לָאֲנָשִׁים viris iſtis ne faciatis quicquam. eſt cum camés. Omnia alia לַאֲנָשִׁים ſunt cum pathách. Et ſi prima litera fuerit cum camés chathéph 216.217
punctato cum ſceuá, ל eſt cum camés, etiam ſi res non ſit nota. Iechez. 47.12, Neque conſumetur fructus eius לְחֳדָשָׁיו per menſes eius. Inuenitur tamen præter normam cum ſeghól. Ieſa. 47.13, Scire facientes לְחֳדָשִׁים menſes. Si verò ſit cum camés tantum, & non ſceuá (vt accidit quando ſequens litera eſt cum ſceuá, vel cum daghés) tunc ל eſt cum ſceuá. Ieſah. 19.17, Et erit terra Iehudáh AEgypto לְחַנָּא in cõmotionem, vel tripudiũ. Geneſ. 1.29, לְאָכְלָה ad comedendum. Et 2.15, לְעָבְדָהּ vt coleret eũ. Et quando iungitur monoſyllabo, eſt cum 223.224
camés, vt לָעָם populo, לָעִיר ciuitati, לָתֵת ad dãdum, לָשׁוּב ad reuertendum, לָקוּם ad ſurgendum, לָבֹא ingredi. Vel dictioni longæ, לָלֶדֶת ad pariendum, לָשֶׁבֶת ad manendum, לָלֶכֶת ad eundum, לָבֶטַח confidenter, לָשׂוּבַע ad ſaturitatem, לָרָקִיעַ firmamento, לָעֵינַיִם oculis.

י & נ *deſeruientes.* CAP. XX.

IN fine verborũ, י cum ת primã ſignat perſonã vtriuſque generis, vt יָשַׁבְתִּי ſedi. Et in principio, tertiã vtriuſque numeri, maſculinã, vt יִפְקֹד viſitabit, יִפְקְדוּ viſitabunt. Et in fine, eſt ſignum ſecundæ perſonæ fœmineæ, vt תִּשְׂמְחִי lætaberis. etiã ſequente ן, vt תִּרְבָּקִין hærebis. Et ſecundæ imperatiui ſingularis fœmineæ, vt אִמְרִי dic. Cõſtituit

etiam nomen gentile, quod gentem & familiam notat, vt עִבְרִי Hebræus, מִצְרִי AEgyptius, רְאוּבֵנִי Reuuenita, גָּדִי Ghadita. Et nomẽ tóar, vt מַגְבִּיהִי eleuator, מַשְׁפִּילִי humiliator. quanquam ſunt plærique qui ornatus gratia additum eſſe putant, vt ſuo dicemus in loco. Et in fine cum ם, pluralem conſtituit numerũ maſculinum communiter, interdum tamẽ & fœmineum, vt רְשָׁעִים impii, נָשִׁים mulieres. Et ſine ם eſt in regimine genitiui, vt מַלְכֵי אֶרֶץ reges terræ. Et præcedente כ, pronomen* notat fœmineũ ſecundæ perſonæ. Pſal. 103.3, qui
378 propitiatur omni עֲוֹנֵכִי iniquitati tuæ. Et cum chiric & ſéri ponitur ad protrahendum & producendum, vt שָׂרִיד ſuperſtes, וַיֵּרֶד & deſcendit: chiric enim cum י, vocalem i conſtituit longam, vt ſuprà dictum eſt: & in potentia ſéri eſt י radicalis litera: radix enim eſt יָרַד, & י producitur. Interdum etiã ponitur* vice literæ geminandæ, vt חֵצִי ſagitta, pro חֵץ à חָצַץ. 1. Semu. 20.36, Iecit הַחֵצִי ſagittam.

ב Cum ו in fine præteritorum, primam ſignat perſonam pluralis numeri, vt הָלַכְנוּ ambulauimus. Et in principio ſine ו, primam pluralis numeri perſonam futuri, vt נִשְׁמַע audiemus. Interdum etiam ponitur in fine præteritorum, futurorum, & infinitiuorũ, vt יָדְעוּן ſciuerunt, יֵדְעוּן ſcient, בְּאָבְדָן in perdendo. Et cum ה in futuro tertiæ & ſecundæ perſonæ fœmineo. Iudic. 5.26, Manus eius, & dextera eius, &c. ad clauũ תִּשְׁלַחְנָה miſerunt ſeſe. Hobadiáh 13, & ne תִּשְׁלַחְנָה mittantur in
173 ſubſtantiam eius. Et cum י in infinitiuis, ſiue gerundiis, pronomen paſſiuũ & actiuum cõſtituit, vt לְהַצִּילֵנִי vt eruat me, לְנַחֲמֵנִי ad cõſolandum me, בְּשׁוּבֵנִי dum re-
757.760. uerſus eſſem ego. Ponitur interdum & vice daghés
794 h.i.

geminandæ literæ ſignificatiui. Thren.3.22,Miſericordiæ Domini quòd non תָּמְנוּ(pro תָּמְמוּ ſiue תַּמּוּ) cõſumptæ ſunt.Ieſa.23.11,ad perdendum מָעוֹנִיהָ fortitudinem eius.pro מָעוּזָהּ.quanquam dici poteſt quòd נ in his redundet. Et in nominibus & verbis, cum ו primam pluralis numeri conſtituit perſonam,vt פְּשָׁעֵינוּ præuaricationes noſtræ,תַּעֲנֵנוּ exaudies nos . Quòd ſi נ fuerit cum daghés, pronomen efficit ſingulare tertiæ perſonæ, vt אַגְדִּלֶנּוּ magnificabo eum. Et in fine, multitudinis numero,ſecundam conſtituit perſonam, vt אֲמַרְתֶּן dixiſtis.Facit & nomen tóar,vt נֶאֱמָן fidelis,רַעֲנָן viridis, רַחֲמָנִיּוֹת miſericordes.

ו *deſeruiens,& eius punctatura.* CAP. XXI.

Coniunctio copulatiua eſt ו,& interdũ præteritum in futurum , & futurum vertit in præteritum. Aliquando copulat, quandoque tamen non copulat, vt ſumus dicturi. 238

ו cõmuniter punctatur cum ſceuá,vt וְעָלֵהוּ & folium eius,וְכֹל & omne,וְחַטָּאִים & peccatores,& idgenus multa. Literis gutturalibus iunctum punctatis cum ſceuá & pathách,punctatur cum pathách, vt וְאַחֲוָתֵךְ & poſ ſeſſionem tuam;וַאֲנִי & ego,וְעֵדָה & ſynagoga, וְהֶשִׁיבֵךְ & reſtituet te,וַחֲמוֹרִים & aſini.Et ſic cum ſceuá tantum,vt Geneſ.32.15,וְעֵירִים & pulli decem.Iiób 4.2,וְעָצֹר & continere in ſermonibus quis poterit? Quòd ſi litera guttu ralis fuerit cum ſceuá & ſeghól,vel cum ſceuá tãtum,ו eſt cum ſeghól,vt Gene.47.29,וֶאֱמֶת & veritas.Pſal.78. 4,וְעֻזּוֹ & fortitudinem eius.Et cum ſceuá tantũ,Prouer.7.2,Cuſtodi præcepta eius,וְחְיֵה & viue. Et ſi principium dictionis fuerit א quieſcens,ו eſt cũ ſéri,vt Hoſeah 13.4,וֵאלֹהִים & Deum præter me non ſcies. Si ve- 211 212

rò litera gutturalis fuerit cum ſceuá & camés, ו eſt cum camés. 1. Reg. 9. 26, וַאֲנִיּוֹת & naué fecit. Ieſa. 60. 8, וַאֲנִיּוֹת & naues Tharſcís. Deu. 28. 59, וְחֳלָיִם & infirmitates malas.

213 Et ſi principiũ dictionis fuerit י pũctatum cũ ſceuá, iuncto ו, quieſcit, vt וַיְהוּדָה & Iehudáh. Et interdũ quieſcit י, quanuis non ſit cũ ſceuá, & eius motus in literá trãſfertur deſeruientem. Iób 29. 21, Mihi audierunt וַיָּחֲלוּ & expectauerũt. pro וַיָּחִילוּ. Irme. 25. 36, וִילֶלֶת & vlulatus fortium pecudum. ו cum chiríc, & י quieſcente, vt legit filius Aſcér: pro וַיְלֶלֶת, ו cum ſceuá, & י cum chiríc, vt le-

214 git filius Naphtali. Et ſi principium dictionis fuerit א quieſcens, ו eſt cum pathách. Irme. 10. 10, וַיהוָה & Dominus Deus veritas. Num. 36. 2, וַאדֹנִי Et domino meo.

224 præcèptũ eſt. Et ſi iũgatur monoſyllabo, aut dictioni lógæ, ו eſt cũ camés: vt וָעֶד & vltra, vel in ſæculũ, וָלֵב & cor, וָרָךְ & pauper, וָאֶוֶן & iniquitas. Ieſa. 24. 17, וָפַחַת וָפַח

225 & fouea & laqueus. Et ſic iunctum macór, id eſt infinitiuo, ſeu gerundio verborum, quorum ſecunda litera quieſcit: vel geminantium, quæ ſunt monoſyllaba: & hoc quando ſuam retinent ſignificantiam infinitiui: alioqui eſt cũ ſceuá, vt Irme. 3. 1, וְשׁוּב אֵלַי & reuertere ad

272 me. Eſt enim macór vice imperatiui. Si verò prima litera fuerit cum ſceuá, vel ſequatur ב, מ, & פ, cũ quouis puncto ו eſt cum ſcuréc, vt וּבְרָרְךָ & in via, וּבְמוֹשָׁב & in ſede, וּבְתוֹרָתוֹ & in lege eius, וּבַחֲרוֹנוֹ & in furore ſuo, וּבְטֹחוּ & ſperate, וּבֹחֵן & probans, וּמִתְנַקֵּם & vltor, וּמָרִים &

275 exaltãs, וּפִי & os meum, וּלְאֻמִּים & populi. Et ſi iungatur futuro retinenti futuri ſignificantiam, incipienti à י punctato cũ ſceuá, י quieſcit, & ו pũctatur cũ chiríc. Pſal. 107. 20, וַיְמַלֵּט & eruet de perditionibus eorũ. Et 22,

276 וַיְסַפְּרוּ & narrabũt. Et 145. 21, וִיבָרֵךְ & benedicet. Sin ve-

rò futurum vertat in præteritum, punctatur cum pathách. Pſalm.3.5, וַיַּעֲנֵנִי & exaudiuit me. Et 7.16, וַיַּחְפְּרֵהוּ וַיִּפֹּל & effodit eum, & cécidit in foueã. Et ſic in ſecunda perſona maſculea, & tertia fœminea, & prima pluralis, ת & נ dagheſſatis. 2.Semu.7.19, וְתְדַבֵּר & locutus es etiã ſuper, &c. Nume.12.1, וַתְּדַבֵּר & locuta eſt Miriám. Ruth 2.3, וַתְּקַלֵּט & collegit in agro. Gene.44.24, וַנַּגֶּד־לוֹ & indicauimus ei. Quando verò ו eſt cũ pathách, futurum vertens in præteritum, ו quieſcit cum ſceuá, & non dagheſſatur. Exod.36.10, וַיְחַבֵּר & coniunxit quinque cortinas. Et 39. 3, וַיְרַקְּעוּ & extenderunt bracteas. Leuit. 9.17, וַיְמַלֵּא & impleuit manum ſuam. quædam autem ſunt cum ghahiá, quædam ſine ghahiá, ו tamen quieſcẽte. Quando verò ſignificant futurum, & נ & ת fuerint cum ſceuá, tunc ו eſt cum ſcuréc. Cant.5.17, וּנְבַקְשֶׁנּוּ & quæremus eum tecum. Sed iunctum primæ perſonæ futuri in præteritum verſi, eſt cum camés. Iechez.16.8, וָאֶשָּׁבַע & iuraui. Ibidẽ, וָאָבוֹא & ingreſſus ſum. Zechar.5.1, וָאָשׁוּב וָאֶשָּׂא & conuerſus ſum, & leuaui oculos meos. Geneſ.27.33,* וַאֲבָרְכֵהוּ & benedixi eum. Excipiuntur illud 2.Semu.1.10, וָאֲמִתֵּהוּ & interfeci eum. Et Iechez.16.10, וָאֲכַסֵּךְ & operui te ſerico, quæ ſunt cum pathách vice camés. poteſt tamen dici eſſe futura vice præteritorum ſecũdum morẽ Linguæ multis in locis. 276 277 274.275

Quando ergo א ſignũ futuri, eſt cũ ſceuá & pathách: & ו cũ pathách: tũc ו copulat tantũ, & nõ vertit futurũ in præteritũ. Iiób 33.33, audi me, & tace, וַאֲאַלְּפְךָ & docebo te ſapientiã. Ieſa.46.4, Ego portabo, וַאֲמַלֵּט & eruã. 274

ו deſeruiens non iungitur præteritis verborũ cũ pathách vel camés, ne multiplicetur protractio motuũ, ſiue punctorum: præterquam præteritis verborũ quo- 277.278

rum ſecũda radicalis litera quieſcit: & geminatorum, in quibus non ſunt multi motus, id eſt multa punctа, iuxta quæ ו eſt cum camés, * manentibus præteritis in ſua proprietate. Deut. 22.21, lapidabũt eam viri ciuitatis eius lapidibus, וָמֵתָה & morietur. Et 24, Lapidabitis eos lapidibus, וָמֵתוּ & morientur. Et ſic quando dictio ſtat cum accentu* ſolo, Geneſ. 33.13, וָמֵתוּ & morientur omnes pecudes. Ieſa. 6.10, וְשָׁב & reuertatur, & ſanet eum. Et ſic quando dictio alteri coniungitur monoſyllabæ dictioni. 2. Reg. 7.4, וָמֵתְנוּ שָׁם & moriemur ibi. Et quando non manet dictio in ſua proprietate, vt Deut. 22.22, וּמֵתוּ & moriẽtur etiam ambo ipſi. eſt cum ſcurec quod eſt loco ſceuá. Sic Prou. 24.16, Septies cadet iuſtus, וְקָם & ſurget. eſt cum camés, quia dictio manet in ſua proprietate. Sed illud Deut. 31.16, וְקָם & ſurget populus iſte: non manet in ſua proprietate. Et ſic in geminatis, vt Gen. 49.23, Et amaricauerunt eum, וְרֻבּוּ & iaculauerunt. Sed iuxta קַמְתֶּם ſurrexiſtis, & שַׁבְתֶּם reuerſi eſtis, non venit ו cameſſatum vel pathachatum propter motuum, ſeu punctorum multiplicitatem. Si igitur præterito longo iungatur ו, vt plurimum copulat, & non conuertit. Excipiuntur illud Iechez. 17.21, וְשָׁתַלְתִּי & plantabo ego. Et ibidem, וְלָקַחְתִּי & ſumam de medulla cedri. Prouer. 30.9, Et depauperer, וְנָנַבְתִּי & furer. Leuit. 10.19, וְאֹכְלָתִי & comedam peccatũ. id eſt peccati hoſtiã. quæ ſunt longa, & futura. Si verò iungatur præterito breui, vertit ipſum in futurum, & communiter eſt cum ſceuá: & cum ſcurec quando ſequitur ב, מ, פ. & cum pathách quando ſequitur litera punctata cum ſceuá & pathách, vt dictum eſt. Pſal. 1.3, וְהָיָה & erit. Deute. 30.19, וּבָחַרְתָּ & eliges. Nume. 5.23, וּמָחָה & de-

22.23

270.271. 272

lebit. Leuit. 27.27, וּפָדָה & redimet. Et 20.8, וּשְׁמַרְתֶּם & cu stodietis. 1. Semu. 17.9, וַעֲבַרְתֶּם & seruietis. Exod. 26.30, וְהָקַמְתָּ & statues. Iechez. 38.10, וְחָשַׁבְתָּ & cogitabis.

ו *poni vice* ל *vel, super, quanto magis,* ל, *nunquid, cum, si, antequam, post siue postquam.* CAP. XXII.

masóreth nõ est aliud præter istud cameſſatũ. Et omne הַכֹּר ſimile isti, cameſſatur. Sed כֹּר בְּכֹר יִהְיֶה pondus ſicut pondus erit (.i. æqualis ponderis) Exod. 30. 35: est cũ pathách tantum. Et ſecundum hammasóreth, omne לְכֹר quod est in Exodo, & duodecim Prophetis, est cum camés: alia verò omnia ſunt cũ pathách, præter vnũ Iudic. 7. 5, Statues eum לְכָר ſeorſum. ſic etiam omnia quæ ſunt in ſoph paſſúc, & cum athnách, ſunt cum camés.

1121 Omne בַּת הַבַּת Batus, est cũ pathách. Et ſic אַף הָאַף Naſus, furor, ſemper est cũ pathách, ab אַנָף deficit enim נ, quod abſorbetur in daghés, quod est cum pronominibus, teſte R. Dauíd in Michlól. dicimus enim cũ daghés, אַפּוֹ Furor eius, אַפְּךָ furor tuus, אַפָּם furor eorum, אַפִּי furor meus. עַר Seculum, לָעַר in ſeculum, est cum pathách. עַם Populus: decem & octo ſunt cum camés, vt est annotatum in Hammasóreth: & tria וְעַם cameſata, Hoſe. 4. 14, וְעַם Et populus non intelliget: Hamós 3. 6, וְעַם & populus non pauebunt: 1. Sem. 13. 5, וְעָם & populus ſicut arena. Illud etiã Gene. 34. 16, & erimus לְעַם in populum vnum: illud item Geneſ. 48. 19, erit לְעַם in populum: ſunt cum camés. Sed לְעַם populo alieni (ſiue alienigenæ,) Exod. 21. 8, & Deut. 28. 32, לְעַם אַחֵר populo alteri: ſunt cum pathách: quia ſunt cõiuncta, hoc

1122 est in regimine genitiui. בְּעַם duo ſunt cum pathách, vt Nume. 20. 20, Egreſſus est Edom in occurſum eius בְּעַם cum populo graui. & Pſal. 36. 18, בְּעַם in populo gra ui laudabo te. Et omne הָעַם בָּעַם כָּעַם לָעַם ſunt cum camés. רַב Multus, magnus, viginti ſeptẽ ſunt cum camés, & cum camés chateph ſunt triginta tria, quæ annotauit Hammasóreth. Et omne וְרַב est cum camés, præter ſeptem, vt Gene. 25. 23, וְרַב & maior. Exod. 9. 28,

וְרַב & multitudo vt non ſit &c. Deut. 2.22, populus magnus וְרַב & mult'. Ieſah. 54.13, וְרַב & multitudo pacis. Et 63.7, וְרַב־טוּב & multitudo boni domui Iſraél. Irme. 32.19, וְרַב & mult' operatione. Eccleſ. 6.3. וְרַבִּי & multitudo.

פַּל Cum ſeri: & cum maccáph habent ſeghól: in regimine verò, ſeghól vel pathách: plurale autem, & cũ pronomine eſt cum chiríc, & daghés. vt קֵן Nidus, קִנִּים nidi, קִנּוֹ nidus eius. חֵן Gratia, חִנִּים gratiæ, חִנּוֹ gratia eius. שֵׁן Dens, שִׁנַּיִם dentes, שִׁנָּיו dentes eius. חֵץ Sagitta, חִצּוֹ ſagitta eius, חִצֶּךָ ſagitta tua, חִצָּם ſagitta eorum, חִצִּי ſagitta mea, חִצִּים ſagittæ, חִצָּיו ſagittæ eius, חִצֶּיךָ ſagittæ tuæ. מֵץ Expreſſio. נֵס Signum, נִסּוֹ ſignum eius, נִסִּים ſigna. עֵת Tempus, עִתּוֹ tempus eius, עִתָּם tempus eorum. קֵץ Finis, קִצּוֹ finis eius, קִצִּי finis meus. תֵּל Tumulus. לֵב Cor, לִבּוֹ cor eius, לִבְּךָ cor tuum, לִבָּם cor eorum, לִבּוֹת corda. Et cum maccáph, vt Iób 39.31, Super שֶׁן־סֶלַע dẽtem petræ. Leuit. 15.25, עֶת־נִדָּתָהּ tempore mẽſtrui eius. לֵב verò non mutatur in ſeghól, niſi iungatur monoſyllabo, aut dictioni longæ, vt Exod. 15.8, בְּלֵב־יָם in corde maris. Prouerb. 22.15, Stultitia colligata eſt בְּלֵב־נָעַר in corde pueri. Sed* 2. Semu. 24.10, לֵב־דָּוִד cor Dauid: & Exod. 14.4, לֵב־פַּרְעֹה cor Parhóh: ſunt cum ſeri, quãuis ſint cum maccáph, quia nó iunguntur monoſyllabo, aut dictioni longæ. Omne עוֹלָם וָעֶד eſt cum ſeghól, vt Pſal. 21.5, Longitudinem dierum עוֹלָם וָעֶד in ſeculum & ſæculum. eſt cum ſeghól, ad differẽtiam illius Irme. 29.23, Et ego qui cogноſco, וָעֵד & teſtis. Huius ſpeciei cum additione ה eſt & סֶלָה, punctatúrque cum ſeghól. Et ſic הָרָה, Geneſ. 14.10, הָרָה נָסוּ in montem fugerunt. At קֵן quod in regimine eſt cum pathách, vt Deut. 22.6, קֵן־צִפּוֹר nidus auis: fortaſſe alterius eſt ſpeciei. 1123

1124 פְּלֵם Cum chiric, & camés: vt חִנָּם gratis, à חֵן, cuius perfectum eſſet חִנְנָם.

Nomina quatuor literarum non geminantia aliquam ex eis. CAP. XXXI.

1125 SVnt præterea quatuor literarum nomina, quæ nullã è ſuis geminãt literã: quorum alia ſunt cum chiric, ſceuá, & camés: vt סַרְפַּד Vrtica, שִׁנְעָר Scinhár, prouincia, Geneſ. 10. 10, Dan. 1.5, & Zechar. 5.11. Illud פִּתְנָם הַמֶּלֶךְ verbum regis, Eſter 1.20, eſt cũ camés in regimine. טִפְסָר Princeps, Irme. 51.27. huius mutãtur motiones cũ pronomine (ט enim eſt cum pathách, & ם cum ſceuá) Nachúm 3.16, וְטִפְסָרֶיךָ & principes tui. fortaſſis eſt alterius ſpeciei, nẽpe טִפְסַר cum ſéri. Et cũ י quieſcente poſt chiric, פִּינְחָס Exod. 6.25, nomen proprium viri.

Alia cum chiric, ſceuá, & ſeri: vt כִּסְלֵו Nouember.

Alia cum pathách, ſceuá, & pathách: vt גִּנְזָךְ Theſaurus: in plurali, & cũ pronomine, quarta dagheſſatur lite-

1126 ra, vt גַּנְזַכְיו, 1. Paral. 28.11. שִׂרְעַף Cogitatio, שִׂרְעַפַּי cogitationes meæ, Pſal. 94.19, & 139.23. כַּרְפַּס Carpaſinus color, Eſter 1.6. אֲרוֹן Arca, capſa, 1. Sem. 6.15. quanquã ſunt qui dicant א non eſſe radicale. At צַרְתָן Sarthán, nomẽ loci, Iehoſ. 3.16, 1. Reg. 7.46, & צָרְפַת Sarpháth, id eſt Gallia, Hobadiáh 20, ſunt cum camés.

Alia cum pathách, & duobus ſceuaín, & chólem, & נ non radicali: vt דַּרְכְּמוֹן Dragma, ſolidus, monetæ genus: cuius plurale eſt דַּרְכְּמוֹנִים Hezræ. 2.69.

1126.1127 Alia ſunt cũ pathách, ſceuá, & ſeghól: quæ in plurali, & cum pronomine dagheſſantur, vt בַּרְזֶל Ferrũ, בַּרְזְלִים ferra, בַּרְזְלוֹ ferrum eius, בַּרְזְלִי ferrum meum. כַּרְמֶל Carmél montis nomẽ, & ſpica viridis plena, כַּרְמְלִים ſpicæ,

כַּרְמְלוֹ ſpica eius, כַּרְמְלִי ſpica mea. גַּרְזֶן Securis, גַּרְזְנִים ſecures, גַּרְזְנוֹ ſecuris eius, גַּרְזְנִי ſecuris mea.

Alia cum pathách, ſceuá, & ſéri: vt אַבְנֵט Baltheus, cingulum, אַבְנָטְךָ baltheus tuus, אַבְנָטִים balthei. חֶרֶמֶשׁ Falx, חַרְמְשׁוֹ falx eius, ח cum ſeghól. יַרְדֵּן Iardén qui & Iordanis fluuius. פַּרְדֵּס Paradiſus, פַּרְדְּסוֹ paradiſus eius, פַּרְדֵּסְךָ paradiſus tuus, פַּרְדֵּסִים paradiſi. Et ſic עֲוָאוֵל Deſertum aſperum & ſaxoſum: vel ſecundum Hieronymum, caper emiſſarius, Leuit. 16.26.

Alia cum pathách, ſceuá, & chiríc, י quieſcente: vt 1127
שַׁרְבִיט Virga, Eſtér 4.11. כַּרְמִיל Coccinum, 2. Paral. 2.7.

Alia cum ſceuá & camés, & pathách: quæ non mutátur in ſoph paſſúc vel cum athnách: vt סְפָרַד Hiſpania, Hobadiáh 20. סְמָדַר vua immatura, Cant. 2. 13. חֲנָמַל Species grandinis, vel frigus magnú, aut glácies. Pſal. 78.47. אֲרָרַט Araráth, id eſt Armenia. Irme. 51.27, regna אֲרָרָט Araráth, eſt cũ pathách: & reſidua אֲרָרָט ſunt cum camés.

Alia cum ſceuá, camés, & ſéri: vt עֲמָלֵק Hamaléc. 1128

Alia cum ſceuá, camés, & ſeghól: quorũ ל in plurali & cum pronomine dagheſſatur: vt עֲרָפֶל Caligo, Exod. 20.21, & Pſal. 18.10. Et ſic יִזְרְעֶאל Izrehél, 1. Reg. 21.1: Ieſoſ. 19.18, יִזְרְעֶאלָה Izrehélah, cũ ſeghól. Sic etiam אַמְרָפֶל Amraphél, regis nomen, Geneſ. 14.9, Et שָׂרוּחֶן Scaruchén, vrbis nomen, Ieſoſ. 19.5, cum ſeghól.

Alia cum ſceuá, pathách, & ſéri: vt עֲטַלֵּף Veſpertilio, עֲטַלֵּפִים veſpertiliones. In hac ſpecie ſunt quædam cum ת ſigno fœmineo, vt חֲבַצֶּלֶת roſa, Cant. 2.1.

In quibuſdã quarta geminatur litera: vt שְׁקַעֲרוּר Niger: cuius fœmineũ eſt שְׁקַעֲרוּרָה שְׁקַעֲרוּרוֹת Leuit. 14.37.

Alia cum ſceuá, & duobus chirichín: vt פְּתִיגִיל Faſcia

pectoralis,aut veſtis muliebris,Ieſah.3.24.

Alia cum pathách, camés, & chiríc: vt חַלָּמִישׁ Silex, Pſal.114.8.

1128.1129 Alia cum pathách, vel chiríc,ſceuá, & chólẽ,vt כַּפְתּוֹר Sphæra inſtar pomi, כַּפְתּוֹרִים ſphæræ, כַּפְתּוֹרֵיהֶם ſphæræ eorum, כַּפְתּוֹרֶיהָ ſphæræ eius. חַרְגֹּל Ophiomachus, vel ſpecies locuſtæ, Leuit. 11.22. רַפְסוֹד Ratis, רַפְסוֹדוֹת rates. quanquam hoc plurale poſſit eſſe & à רַפְסוֹדָה fœmineo. פַּרְעֹשׁ Pulex, גַּבְעֹל Calamus lini.

Alia cum pathách, ſceuá, & ſcuréc, ſiue chibbus ſephathàim,& cũ daghés quarta litera:vt קַרְסֳלַי Crus, קַרְסֳלַי crura mea. חַרְצֻבּוֹת Colligatio,vinculum,חַרְצֻבּוֹת colligationes,vincula,Ieſah.58.6,Pſal.73.4.quanquam & hoc plurale poſſit eſſe à חַרְצֻבָּה. Itẽ גַּלְמוּד Sterilis,ſolitarius.

Alia cum chiríc,& duobus ſegholín:vt פִּלֶגֶשׁ Concubina,פִּלַגְשׁוֹ concubina eius,פִּלַגְשִׁים concubinæ.

Alia cũ ſceuá,chólem,& ſeghól,vel pathách ſequẽte ח gutturali,vt בְּדֹלַח Bdeliũ,vel margarita. Cũ pronomine, chólẽ mutatur in camés chatéph:vt בִּדְלַחּוֹ בִּדְלַחִי. Plurale,בְּדֹלָחִים cum camés: & ſic cũ pronomine, בִּדְלַחָיו.

Nomina quinque literarum. CAP. XXXII.

SVnt & quinque literarum nomina, quorũ nonnulla ſunt cum pathách, ſceuá,& duobus cameſín:vt אַרְגָּמָן Purpura, אַרְגְּמָנִים purpuræ:& cum ו loco מ,vt אַרְוָן,2.Paral.2.7.

Alia cũ ſceuá,pathách, ſceuá & camés:vt אֲגַרְטָל Phiala, אֲגַרְטָלִים phialæ, vel pelues,Hezræ 1.9.

Alia cum ſceuá,pathách, ſceuá,& chólem: vt אַדַּרְכּוֹן Dragma,ſolidus,אַדַּרְכֹּנִים dragmæ,ſolidi,Hezræ 8.27.

Alia cum ſceuá,pathách,ſceuá,& ſéri:vt צְפַרְדֵּעַ Rana: cũ pronomine צְפַרְדְּעוֹ rana eius,ר cum ſéri.in plurali cõ

uertitur ſéri in ſceuá, צְפַרְדֵעִים Ranæ.

Alia cum duobus pathách, ſceuá, & ſéri: vt שַׂעֲטְנֵז veſtis è lino, lanáque cõtexta, Deut. 22.11. Et quarta gemi nata, רַעַמְסֵס Rahamſes, vrbis nomen, Exod. 1.11. Legitur tamen Gen. 47.11, רַעַמְסֵס cum ſceuá ſub ע & מ.

Nominũ diuiſio ſecundũ dialecticos. CAP. XXXIII.

Est poſtremo alia nominũ diuiſio ad Sacrarũ literarũ cognitionẽ perneceſſaria. Quippe nominum quædam ſunt נִבְדָּלִים, id eſt diſtincta, quæ ſunt nomina diuerſa, & entium diuerſorum, vt אָדָם homo, שׁוֹר bos, סוּס equus, עֵז capra, אֶבֶן lapis, & idgenus.

Alia verò ſunt נִרְדָּפִים, id eſt ſe conſequentia: & ſunt nomina diuerſa eiuſdem rei, quæ nos ſynonyma appellamus: vt חֶרֶב gladius, שִׁבְיֹן ſpatæ, מַאֲכֶלֶת mucro.

Alia מְשֻׁתָּפִים, cómunicata, hoc eſt nomina cómunia: vt אָדָם homo, שׁוֹר bos, חֲמוֹר aſinꝰ: quæ ſunt cómunia ſuis indiuiduis. Et hæc in ſex diuiduntur partes. Quoddã appellatur שִׁתּוּף נָמוּר, æquiuocum abſolute. i. nomen in quo communicant multa nomine, ſed nõ ſignificatione: vt עַיִן quod dicitur de oculo, fonte, & terra. Nume. 22.5, Et operuit אֶת־עַיִן oculũ terræ. i. ſuperficiem. Aliud verò dicitur מוּסְכָּם, vniuocum, quod eſt eſſentiale his de quibus dicitur: vt חַי viuũ, ſiue viuens, בְּהֵמָה animal, אָדָם homo, & vniuerſaliter nomina generum, & ſpecierum, reſpectu ſuorum indiuiduorum. Aliud vocatur מְסֻפָּק, id eſt æquiuocum, hoc eſt nomen commune pluribus: ſed quod ſignificat, eſt accidens aut omnibus, aut vni ex his de quibus dicitur: vt אָדָם homo dictum de homine viuente, picto, & mortuo. cum enim dicitur de homine, ſignificat hominis figuram,

& lineamenta, quæ sunt hominis accidētia. Aliud est הַנֶּאֱמָר בִּכְלָל וְיָחִיד, id est dictū de vniuersali & particulari, hoc est nomē collectiuum: vt עַם populus, יִשְׂרָאֵל Israél, יְהוּדָה Iehudáh. Israél enim & Iehudáh dicuntur & de Iahacób, qui appellatus est Israél, & de Iehudáh eius filio, & de populo Israél & Iehudáh. Aliud est quod vocatur מוּשָׁל, id est accommodatum, & per translationem dictum: vt אַרְיֵה Leo, qui dicitur proprie de leone viuente, & de homine forti, vt Vicit leo de tribu Iehudáh. Et יָם Mare, quo nomine liberalis appellatur. Aliud est quod appellatur מוּעָתָק translatum firma trāslatione, propter firmitatem eius à quo fit translatio: vt פֶּה Os, dictum de ore loquentis, & ore terræ iuxta illud Nume. 16. 32, Et aperuit terra אֶת־פִּיהָ os suum. Et יָד Manus, quæ & de flumine dicitur, vt יַרְדֵּן manus (.i. ripa) Iordanis, Nume. 13. 30. Et לֵב Cor, quod & de cælo dicitur, vt Deut. 4. 11, vsque ad לֵב cor cæli. hoc est mediū. Et de igne, Exod. 3. 2, בְּלַבַּת־אֵשׁ in corde ignis. hoc est in medio. Et de quercu, 2. Semu. 18. 14, בְּלֵב in corde quercus. id est in medio.

De Pronomine.

Quid Pronomen, vnde dicatur, quid significet, & eius diuisio. CAP. XXXIIII.

DIcto de nomine, dicendū est & de pronomine, quod ponitur loco nominis. Est igitur כִּנּוּי pronomen, nomen occultū. Si enim quispiam dixerit, אֲנִי ego feci, אַתָּה tu fecisti, הוּא ipse fecit: ita hæc pronomina occulte significāt nomina ipsa quæ referūt, me,

te,& ipsum de quo est sermo.dicitur enim à כִּנָּה cogno minare, siue nomine occulto appellare.Iesah.45.4,di citur de Córes,id est Cyro Persarú rege,Et vocaui te no mine tuo, אֲכַנְּךָ cognominabo te. i. nomine occulto appellabo te: perinde acsi dicat,Appellaui tè primũ no mine proprio,& manifesto,dicẽs, Hæc dicit Dominus christo suo Córes: modo vocabo te nomine occulto, id est nomine messiæ. Et 44.5, Et nomine Israél יִכַּנֶּה cognominabit.id est occulte appellabit.

Diuiditur autẽ pronomen bifariam. Est enim pronomen נִסְמָךְ coniunctum & affixum nominibus(vt dictum est suprà,Cap. xv.) & verbis, vt suo dicemus in loco. Et nominibus iunctum aut קִנְיָן possessionẽ, aut יְרִידָה relationẽ significat.sunt quippe pronomina possessiua,vt meus,tuus,suus,noster & vester:& relatiua, vt ipse,ipsa,ipsum,ille,illa,illud. Verbis verò affixum, aut patientem aut agentem personam indicant: patientem,vt Psal.30.2,אֲרוֹמִמְךָ יְהוָה כִּי דִלִּיתָנִי Exaltabo te Domine,quoniam exaltasti me.& idgenus.Agentẽ verò, vt in plæriſque hammecoróth, id est infinitiuis & gerundiis: vt 2. Reg. 6.21, כִּרְאוֹתָו אוֹתָם cum vidisset ipse eos.& idgenus, de quibus suo loco dicturi sumus.

ALterum pronomen est נִפְרָד separatum à nomine & verbo, quod diuiditur in actiuum & passiuum.Et horum quædam sunt demonstratiua, vt אֲנִי Ego,communis generis,cum sceuá & pathách communiter, & breue: sed quando habet accentum athnách & soph passúc,aut accentum hahamadáh, id est susp̃siuum, est cum camés,vt Prouer.8. 27,ibi אֲנִי ego. proeram.Psal.35.3,Salus tua אֲנִי ego.Et Genes.27.34,Benedic mihi, etiã אֲנִי ego.subaudi,filius tuus sum vt ipse. 1170

Et 31.52, אִם־אָנִי לֹא־אֶעְבֹר אֵלֶיךָ quòd ego non transibo ve niẽs ad te. Psal.89.28, אַף־אֲנִי בְּכוֹר אֶתְּנֵהוּ etiam ego primogenitũ ponam eum. Et 119.125, עַבְדְּךָ־אֲנִי הֲבִינֵנִי seruus tuus ego, fac me intelligere. Et sic אֲנֹכִי ego, est breue: si autem prædictos habuerit accẽtus, est longum. Genes.3.10, quia nudus אֲנֹכִי ego. Exo.3.11, quis sum אֲנֹכִי ego? Iudic.17.9, Leuita אֲנֹכִי ego. 2.Semu.3.8, Nunquid caput canis אֲנֹכִי ego? 1.Semu.9.21, filius Iemini אֲנֹכִי ego. Et 30.13, puer AEgyptius אֲנֹכִי ego. Ruth 3.12, propinquus אֲנֹכִי ego. Et 13, אֲנֹכִי ego, viuit Dominus. Hamós 7.14, Neque filius prophetæ אֲנֹכִי ego, sed quærens אֲנֹכִי ego. Inuenitur tamen & cum athnách breue, Iiób 33.9, Immaculatus אֲנֹכִי ego.

1172

שֶׁלִּי Mei, Cant.8.12.

לִי Mihi, Cant.2.16.

אוֹתִי Me, Psal.31.6.

מִמֶּנִּי A me. & מִנִּי, Iesah.22.4.

אֲנַחְנוּ Nos. Et cum accentibus prædictis, cum camés נ, vt Iesah. 20. 6, quomodo euademus אֲנַחְנוּ nos? Gene.42.11, pacifici אֲנַחְנוּ nos. Et נַחְנוּ nos, Exod. 16.8. Et Genes.42.11, Omnes nos filii viri vnius נַחְנוּ nos. pro sumus. Et אָנוּ nos, Irme. 42.6, ad quem אָנוּ nos mittimus te. quanquam plærique codices impressi habent אֲנַחְנוּ.

שֶׁלָּנוּ Nostrum.

לָנוּ Nobis.

אוֹתָנוּ Nos, accusandi casu.

1191 מִמֶּנּוּ A nobis,* נ sine daghés.

1167 PRonomina verò demonstratiua secundæ personæ sunt, masculinum אַתָּה Tu, א cum pathách, & ת cũ daghés, & breue. Sed quando prædictos habet accẽtus,

vel maccáph, tunc eſt longum, & א cum camés, Iudic. 11.2, filius mulieris alterius אַתָּה tu. Ieſah. 44.21, ſeruus meus אַתָּה tu. Geneſ. 3.11, quia nudus אַתָּה tu. Excipiuntur Pſal. 2.7, filius meus אַתָּה tu. & 25.7, Secundū miſericordiā tuam memento mei אַתָּה tu. Et cum zachéph, 2. Reg. 9.25, Ego וְאַתָּה & tu. Ieſah. 44. 21, Seruus mihi אַתָּה tu. Iudic. 11.25, Nunquid melior אַתָּה tu Balác filio Sippor? quod in quibuſdam libris correctis eſt breue. Et cum pathách, & breue cum zachéph, vt Deut. 7.6, populus ſanctus אַתָּה tu. In tribus autem locis venit אַתְּ pro אַתָּה, Nume. 11.15, Et ſi ita אִתְּ עֹשֶׂה לִי tu facis mihi. Deut. 5.27, וְאַתְּ & tu loquêris nobis. Iechez. 28. 14, אַתְּ כְּרוּב tu Cherub. Fœmineum, אַתְּ Tu, Gene. 12. 11, & אַתְּ tu, ibidem, 13. 1169

שֶׁלָּךְ Tui, maſculinum & fœmineum.

לְךָ Tibi, maſculinū: & quādo habet athnách & ſoph paſſúc, לְךָ, Pſal. 120.3. & 108.2, וְטוֹב לְךָ & bene tibi. Sine prædictis verò accentibus in quibuſdā locis ל eſt cū camés, 1. Sem. 14.7, Inclina לְךָ tibi. & 19.4, quia non peccauit לְךָ tibi, ſunt cū zachéph. Sunt tamē plæraque cū zachéph, כ habēte camés, vt Gene. 3.11, Quis nuntiauit לְךָ tibi? Num. 22.28, Quid feci לְךָ tibi? Exod. 34.22, Solēnitatē hebdomadarū facies לְךָ tibi. Ieſah. 14.3, In die qua requiē dederit Dominus לְךָ tibi. Micháh 2.11, ſtillabo לְךָ tibi. Iechez. 38.7, præpara לְךָ tibi. & cætera quæ notata ſunt in Miſráh. Et cum לָכְה, ה tibi, Geneſ. 27. 37, Ieſah. 3.6. Fœmineum verò לָךְ Tibi, Cant. 2.10. 1195 1196

אוֹתָךְ Te, maſculinū: cum ה item, אוֹתָכְה, Nume. 22.33. Et in ſoph paſſúc & cum athnách, אוֹתָךְ. Interdum etiam ſine tali accentu, vt Prouerb. 6.22, בְּהִתְהַלֶּכְךָ 1159

תַּנְחֶה אֹתָךְ cum ambulaueris, requieſcere faciet te. Fœmineum itidē, אוֹתָךְ, quia nō inuenitur cū ſéri.

מִמְּךָ A te, ex te. Fœmineū מִמֵּךְ A te, de te, Ieſa. 49. 17.

1170 אַתֶּם Vos: plurale maſculinum. Fœmineum verò, אַתֶּן, & אַתֹּנָה Geneſ. 31. 5.

שִׁלְכֶם Veſtrū, ſiue veſtrorū. Fœmineum, שִׁלְכֶן veſtrarū.

1197 לָכֶם Vobis. Fœmineum, לָכֶן, & לָכֶנָּה, Iechez. 13. 18.

אֶתְכֶם Vos. Fœmineum, אֶתְכֶן.

כְּמֹכֶם & מִכֶּם, A vobis; ex vobis. Fœmineum, מִכֶּכֶן.

Primæ igitur perſonæ pronomina ſunt,

S.	אֲנִי וְאָנֹכִי	שֶׁלִּי	לִי	אוֹתִי כְּמֵנִי:
P.	אֲנַחְנוּ נַחְנוּ אָנוּ	שֶׁלָּנוּ	לָנוּ	אוֹתָנוּ מִמֶּנּוּ:

Secundæ,

S.M.	אַתָּה	שֶׁלְּךָ	לְךָ	אוֹתְךָ כְּמִמְּךָ:
P.	אַתֶּם	שֶׁלָּכֶם	לָכֶם	אֶתְכֶם מִמְּכֶם:
S.F.	אַתְּ	שֶׁלָּךְ	לָךְ	אוֹתָךְ מִמֵּךְ:
P.	אַתֶּן	שֶׁלָּכֶן	לָכֶן	אֶתְכֶן מִמְּכֶן:

Tertiæ perſonæ maſculini ſunt,

S.	הוּא	שֶׁלּוֹ	לוֹ	אוֹתוֹ מִמֶּנּוּ כְּמֹהוּ:
	ab Iſto, Iſtum, Iſti, Iſtius, Iſte, Ipſe,			
P.	הֵם הֵמָּה	שֶׁלָּהֶם	לָהֶם לָמוֹ	אֶתְהֶם אוֹתָם כָּהֵם מֵהֵמָּה:
	ab iſtis.	Iſtos,	Iſtis,	Iſtorum, Iſti,

Fœminea,

S.	הִיא	שֶׁלָּהּ	לָהּ	אוֹתָהּ מִמֶּנָּה:
P.	הֵן הֵנָּה	שֶׁלָּהֶן	לָהֶן לְהֵנָּה	אֶתְהֶן אוֹתָנָה אוֹתָן כָּהֵן מֵהֵנָּה:

1182 SVnt & alia pronomina demonſtratiua maſculina, vt וְ cum ſcuréc, Hic, iſte, Pſal. 9. 16, & 12. 8. זֶה Iſte, Gene. 15. 4. Et cum ה notificatiuo, הַזֶּה, Deut. 23. 25. Et cū ה interrogatiuo, Geneſ. 43. 29. הֲזֶה Num iſte eſt frater veſter minor? Et הַלָּזֶה, Gene. 24. 65. Et cum chólem, וֹ,

vel וֹאת, est fœmineum.

לְ, & אֵלֶּה, אֵל cum daghés, communis est generis, Gene. 26.4, semini tuo dabo omnes הָאֵל הָאָרְצֹת terras istas. Et 19.8, viris הָאֵל istis. Et 2.4, אֵלֶּה Istæ generationes. Psal. 20.8, אֵלֶּה hi in curru &c. Quomodo pronomina ver bis iungantur, & quid significent, suo dicemus loco. 1164

PRonomen relatiuum separatum vtriusque generis, & numeri, est אֲשֶׁר Qui, quæ.

De Verbo, Lib. III.

Verbum quid. quot literas complectãtur verborũ radices, & quo appellentur nomine. CAP. I.

VErbum est dictio cum tempore ad placitũ significans. Vel, Verbum est dictio quæ actionem, aut passionem significat in tempore determinato. Aut, Verbum est dictio significans ad placitum existentiam accidentis in subsstantia in tempore determinato. Ex quibus finitionibus liquido constat, tria verbum ipsum cõplecti, Subsstantiam, id est subiectum agens, aut patiens: Accidens, id est actionem & passionem: priuationem vniuersalem, id est formarũ: & particularem, vtputa alicuius potentiæ: & relationẽ quæ habet esse in animo, aut situm, aut aliud accidẽs: Et tempus determinatũ, in quo est actio, vel passio &c. vtputa in præsenti, præterito, aut futuro. Sunt enim verba quæ vniuersalẽ significant actionem in tempore determinato, vt Iesah. 57.1, צַדִּיק אָבַד Iustus periit. Psal. 1.6, Et iter impiorum תֹּאבֵד peribit. Gene. 5.5, וַיָּמֹת & mortuus est. Aut particularẽ, vt Psal. 39.3, נֶאֱלַמְתִּי

obmutui silentio. Micháh 7.16, Aures eorum תֶּחֱרַשְׁנָה obsurdescent. Et relationem, vt Genes. 13.9, Si ad sini strā, וְאֵימִינָה dexterā tenebo: & si ad dexterā, וְאַשְׂמְאִילָה, sinistrā tenebo. Et 32.10, קָטֹנְתִּי Minor sum cūctis miserationibus. Et 41.40, Tantú solio אֶגְדַּל מִמֶּךָּ maior ero te.

Et situm, vt Psal. 1.1, Et in via peccatorū nō עָמָד stetit, & in cathedra derisorú non יָשַׁב sedit. & idgenus. Et quemadmodum in rebus diuinis, & naturalibus nulla deest perfectio, nihil est superfluū aut diminutum, sed numero gaudent impari, id est trinitate: itidē & Deus huius linguæ author, nequa huic linguæ deesset perfectio, nequid superfluitatis, aut diminutionis inesset, in radicibus tam nominū, quàm verborū numerú seruauit trinitatis. Tres enim literas radices complectūtur & verborum, & nominum: vt אָמַר dixit, שָׁמַר custodiuit. Et quæ duas actu habent, potentia, trinitatis non effugiunt numerū: vt רָץ cucurrit, קָם surrexit, & idgenus quæ potentia camés, tertiam continent literam, quæ est ו, quæ in futuro actu continetur, vt אָרוּץ Curram, אָקוּם surgam. Reliquæ literæ deseruiunt, vt in primo diximus libro, ad cognoscendam personarú varietatem, aut genus, aut modum, & idgenus. Quæ autem prædictum excedunt numerum, (quanquam sunt pauca, aut peregrina) aut composita sunt, & plura significant, vt illud Psal. 90. 14, וְכִרְסְּמֵנָּה exterminauit eam aper de sylua: secūdum LXX interpretes, potest esse cōpositum, & ita resolui, כִּרְסּוֹ מְמַלֵּא implebit ventrē suū ex ea, vt ex Hebræis nonnulli exponunt. Et Iechez. 1.4, Et de medio eius quasi species חַשְׁמַל angeli. Sic appellati, quòd aliquando sileat, interdum loquatur, à חָשָׁה siluit, & מָלַל locutus est. Et sic בְּלִיָּעַל impius, Proue.

6.12,dicitur,quasi בְּלִיעֹל,absque iugo,quoniam iugo legis collum non vult submittere. Quod & in cæteris (si linguæ perfectam haberemus cognitionem,) fieri perfacile posset.Et in hoc Hebræa cunctis aliis præstat linguis, quòd Deum,& naturá imitata, ternario gaudet numero.Et quia Hebræi cómuniter in dandis exemplis verború, & nominum similitudinibus, vtũtur nomine פָּעַל, idcirco primá verbi, aut nominis radicalem,& primitiuam literam appellant פֵּא הַפָּעַל,secũdam עַיִן הַפָּעַל,& tertiam לָמֶד הַפָּעַל.& hoc nó citra rationem.

Verborum duplex diuisio,In perfecta,quiescétia,defectiua, geminata,Et in transitiua & intrãsitiua. CAP. II.

VErború quædam sunt שְׁלֵמִים id est Perfecta: quædã נָחִים,Quiescétia: quædam חֲסֵרִים Defectiua, & quædã כְּפוּלִים Geminata,siue duplicata.Perfecta appellãt quibus nũquã tres desunt literæ radicales distinctæ,vt שָׁמַר custodiuit, פָּעַל operatus est,& idgenus. Quiescentia sunt quæ habẽt vnam,vel plures ex his quatuor literis אהוי in principio,vel medio, aut fine, siue in principio pariter & in fine,quas appellant literas הַנָּחִים quiescétes, quòd quiescant,id est non pronuntientur, quanquã multoties sunt scriptæ. Et literæ tres אוי, dicuntur literæ הַסֵּתֶר וְהַמְּשֹׁךְ occultationis,& tractionis,quòd lateãt,& occultentur, & trahantur ex potentia regalium (vt dictum est) punctorum:vt עָלָה Ascendit,עָלִיתָ ascendisti,בָּנָה ædificauit,בָּנִיתָ ædificasti,& idgenus, de quibus suo loco sumus dicturi. Defectiua sunt in quibus deficiens litera,est in potentia daghés,vt נָטַר custodiuit,נָקִם vltus est, quæ in futuris cómuniter sunt sine נ. Geminata sunt quæ aliquam literã radicalẽ geminant,vt סָבַב cir-

cuiuit. De speciebus horum verborum dicturi sumus, eum particulatim post Perfecta, de eis tractabimus: modo de illis hæc dixisse sufficiat.

Est & alia verborum distinctio: nam quædam sunt יוצאים Transitiua: quædã verò בודדים Solitaria, siue עומדים stantia, id est Intransitiua.

Transitiua sunt cõmuniter, quæ actionẽ significant transeuntem in passum distinctum ab agente, re, aut ratione. Et sic extenso nomine possunt inueniri verba transitiua in coniugationibus niphál & hithpahál, in quibus agens distinguitur à patiente ratione, & nõ re, vt sumus dicturi. Proprie autem sunt transitiua quæ significant actionem transeuntem in passum (id est recipientem actionem) re distinctũ ab agente. Omne verbum cui iungitur dictio quæ rem notat patientem, vt את, vt pronomen passiuum, est transitiuũ: vt Genes. 1, In principio בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ creauit Deus cælũ & terrã. Deut. 32. 6, Nonne ipse est pater tuus qui קָנְךָ הוּא עָשָׂךְ וַיְכוֹנְנֶךָ possedit te: ipse fecit te, & præparauit (vel stabiliuit) te. & idgenus, quæ Sacris in literis passim inuenies. Notandum est autem secundũ R. Dauid in Michlol, quod si verba transitiua in cõiugatione cal, transeant in coniugationem pihél haddaghús, & pohél, & eandem significent operationem: tunc in pihél haddaghus vel pohél, frequentiam significant actus, vt Exod. 34. 11, Ego ipse גֵּרֵשׁ eiicio. quod est ex coniugatione cal. Et 6. 1, Et in manu robusta יְגָרְשֵׁם eiiciet eos: quod est ex pihél haddaghús. Si verò transeãt ad coniugationem hiphil, suam non mutant significantiã, quæ est vt sint in tertium transitiua: quanquã sunt pauca, quæ admodũ dicitur in libro Ephód, vt Cãt.

5.5, Manus meæ נָטְפוּ־מוֹר stillauerunt myrrhã. quod est ex cal. Hamos 9.13, וְתִטֹּפְנָה & stillabunt montes dulcedinem. Verbum transitiuum in cal (inquit R. Dauíd) si transeat ad pihél haddaghus, vel hiphíl, efficitur trãsitiuum in tertiũ: vt אָכַל comedit, si dixeris רְאוּבֵן הֶאֱכִיל אֶת־שִׁמְעוֹן לֶחֶם Reubén comedere fecit Simhon panẽ: est transitiuum in tertium. Et sic Iechez. 3.1, אֱכוֹל comede volumen hoc &c. Et aperui os meum, וַיַּאֲכִלֵנִי & comedere fecit me volumen. 104

Intransitiua sunt quæ significant actionem immanẽtem & non trãseuntem in passum ab agente distinctũ, vt אָבַל Luxit, נִבֵּל corruit, רָקַם siluit, & idgenus, quæ nõ suscipiunt pronomina passiua, nec dictionem quæ rẽ significet patientem, vt transitiua. Et hæc non habent participia passiua: nõ enim עָמַד Stetit, הָלַךְ ambulauit, נָפַל cecidit, habent עָמוּד הָלוּךְ נָפוּל. & sic de aliis dicendũ est. 101

Quæ autem sunt intransitiua in cal, si transeant ad pihél haddaghus, vel hiphil, sunt transitiua in secundum vel tertium: vt ex עָמַד stetit, fit הֶעֱמִיד, & significat statuit, vt Psal. 148.6, וַיַּעֲמִידֵם & statuit ea. Et ex אָבַד periit, fit הֶאֱבִיד perdidit, aut perdere fecit, vel iussit, Nume. 24.19, וְהֶאֱבִיד & perdidit (vel perdere fecit) superstitẽ. Et in pihél haddaghus, vt Psal. 9.6, אִבַּדְתָּ perdidisti impium. Et ex הָלַךְ ambulauit, fit הִלֵּךְ, vt Iób 24.10, Nudum הֵלְכוּ ambulare fecerunt absque indumento. Et ita de aliis. 104

Paucis autem in locis inueniuntur verba coniugationis pihél haddaghús, & hiphil intrãsitiua, quæ tamen differunt à verbis intransitiuis quæ sunt in coniugatione cal: quòd quæ sunt in his duabus coniugationibus, fortem, iugémque, & frequentem, celerémque significant actionem, vt Leuit. 13.37, Et pilus niger צָמַח־בּוֹ germinauerit in eo. quod est intransitiuũ 105

ex cal. Iechez. 16.7, Et pilus tuus צִמַּחְתְּ germinauit. quod
est intrãsitiuum ex pihél haddaghus. Sic & Thren. 4.7,
אָדְמוּ עֶצֶם rubuerunt corpore. est cal intransitiuum. Et
Iesa. 1.18, יַאְדִּימוּ rubescẽt vt vermiculus. quod est intrãs
106 itiuum ex hiphil. Ex verbis etiam quæ non inueni-
untur nisi intransitiua, poteris transitiuum confice-
re verbũ, teste R. Dauíd in Michlól, vt 2. Reg. 4. 31, Nõ
הֵקִיץ surrexit (vel experrectus est) puer. Iesah. 26. 19,
expergiscimini, & laudate. quæ sunt intransitiua, nec
inueniuntur transitiua. Si autem volueris, poteris a-
ctiuũ conficere hoc modo, הֵקִיצוּנִי excitauit eum, הֵקִיצוּנִי
excitauerunt me. Vnde dicũt in suis orationibus He-
bræi, הַמֵּקִיץ נִרְדָּמִים Qui excitat (vel excitas) soporatos.
107 Et quidam magnus sapiens, & in lingua Hebræa peri-
tissimus, scripsit, הֵקִיצוּנִי רְעִיּוֹנַי excitauerunt me cogita-
tiones meæ. Quanquã hoc reprobat R. Ioséph Chim-
chi, dicens non esse rectum vt faciamus transitiua ex
verbis quæ Sacris in literis non inueniuntur nisi in-
transitiua. Quòd si (inquit idem) opus fuerit vt tale
verbum, nempe הֵקִיץ, fiat transitiuum, non debet fieri
in eadem lingua, sed in altera, vt puta הֵעִיר suscitauit, vt
vnum sit transitiuum, & alterum intransitiuum. Nam
שָׁתָה bibit; & הִשְׁקָה aquauit, non dicimus הִשְׁתַּנִי
aquauit me, neque שָׁקִיתִי bibi: sed in lingua vna est
מַשְׁקֶה bibens, & in alia הַמַּשְׁקֶה propinans. Verũ hæc nõ
sunt illi similia, inquit R. Dauíd: sed quũ הֵקִיץ intrãsiti
uum, nõ inueniatur in alia transitiuum: si opus fuerit,
possumus illud facere transitiuum in eadem cõiuga-
tione. Quòd autem inueniantur & transitiua & intrãs
itiua in eadem coniugatione, qui Sacras legit literas,
addubitat nemo: quod in biniã cal manifestum est: le-

gitur enim Exod.10.5, Et consumet omne lignū הַצֹּמֵחַ 108
quod germinat vobis de agro. quod est intrāsitiuum.
Et Eccles.2.6, feci mihi piscinas aquarum ad irrigan-
dum ex eis syluā צוֹמֵחַ germinantem ligna. vel arbores.
quod est transitiuum. vtrunque autem ex cōiugatio-
ne cal. Et Iudic.5.22, tunc הָלְמוּ contritæ sunt plantæ
equi: quod est intransitiuum. Et Prouerb.23.35, חֲלָמוּנִי 109
contriuerunt me. quod est transitiuum, eiusdemque
coniugationis cal. Item in coniugatione hiphil, 2.
Sem.23.5, quia non יַצְמִיחַ germinabit. quod est intran-
sitiuū. Et Iesah.55.10, & gignere eam faciet וְהִצְמִיחָהּ &
germinare faciet eam: quod est transitiuū. Præterea
in pihél haddaghús, vt Psal.38.7, pullatus הֹלֵךְ ambu-
laui: quod est intransitiuum. Et Iob 24.10, Nudū הוֹלִיכוּ
ambulare fecerunt absque indumento. quod est trans
itiuum. In pohél etiam, siue hannosáph, Prouer.8.25,
Ante colles הוֹלָלְתִּי formata sum. Et Iob 26.13, חוֹלָלָה for
mauit manus eius serpentem. Sed in binian cal inuē-
to intransitiuo tantum, non est opus formare transi-
tiuum in eadem coniugatione, quia possumus ipsum
formare in pihél haddaghus, vel hiphil, aut hanno-
sáph, quæ vt plurimum sunt transitiua. Notandum
autem quod verba intransitiua coniugationis cal, si
transeant ad coniugationem niphál, eiusdem sunt si-
gnificantiæ: vt נִתַּם fuit, & תָּמַם fuit. Et נִגַּשׁ & appropin
quauit Abraham, Gene. 18.23. Et, נִגַּשׁ appropinquauit
Ioséph, Genes.33.6. Item Genes.47.15, תַּם, & consump-
ptum est argentum. & Irme.14.15, fame non יִתַּמּוּ cō-
sumentur. Notandum præterea quod prior diuisio
fuit ad placitum Authoris Linguæ. nō enim sciri po-
test cur quædam verba fuerint posita inter perfecta,

alia inter quiescentia, &c. nisi quia Deus, Linguæ author, ita voluit. Attamen firmiter credendum, quòd quemadmodum nihil in terra sine causa fit, itidem nihil in lingua Hebræa sine ratione & causa institutum est, licet nobis sit ignota: nisi dicamus hoc fecisse propter accidentium mutabilitatem, quæ verbis (vt dictũ est) significantur. Videmus enim inter perfecta nullũ posuisse verbum significans motum localem simpliciter, quòd mot° sit fluxibilis, successiuus, & defectiuus: verum inter quiescentia, talia verba posuit, quòd terminus motus sit quies, vt אָזַל Ambulare, אָרַח iter agere, אָתָה venire, בָּא ingredi, venire, הָלַךְ ambulare, זָע mouere, חָשׁ festinare, יָצָא exire, יָרַד descendere, נָס fugere, נָע mouere, עָף volare, עָלָה ascendere, רָץ currere, שָׁט declinare, diuertere, שָׂחָה natare: quæ sunt nachím. Sed סָבַב circuiuit, posuit inter geminata, fortasse quia in motu circulari nõ distinguitur terminus à quo, à termino ad quem: & idcirco propter eorum idẽtitatem, eandem in eo geminauit literam. Et quia coxæ sunt æquales, & earum motus æqualis, idcirco verbum שָׁקַק, quod huiuscemodi significat motum, Nachúm 2.4, posuit inter geminata. Quæ verò non significant simpliciter motum localem, sed aliquid præter motũ, vtputa eius qualitatẽ, nẽpe fortiter velocitérque moueri, currere, fugere, & ambulare euadẽdi gratia, possunt esse ex perfectis, vt דָּלַג saltauit, fugit, דָּרַךְ calcauit, חָלַף præteriit, חָמַס abiit, מָהַר festinauit, מָשַׁךְ traxit, עָבַר trãsiuit. Verba etiam quæ aut corruptionem, aut priuationem significant, nõ posuit inter perfecta, sed inter quiescentia, aut defectiua, aut geminata: vt אָבַד Periit, אָכַל comedit, consumpsit, אָסַף periit, aut perdidit, con-

ſumpſit, אָפַם finiuit, בָּלָה inueterauit, בָּקַק euacuauit, diſſipauit, בָּסַס contabuit, aruit, diſſoluit, חָתַת contriuit, יָקַע crucifixit, diſlocauit, יָקַשׁ illaqueauit, יָרַע afflixit, כָּלָה cõſumpſit, מָט declinauit, מָת mortuus eſt, מָחָה deleuit, מָעַט lapſus eſt, מָעַךְ humiliauit, מָקַק contabuit, computruit, נָגַף percuſſit, נָזַק nocuit, נָתַץ diruit, קָלָה torruit, רַע male fecit, תָּמַם conſumpſit.

Diuiſio verbi in ſuas ſpecies, ſiue cõiugationes: quibus appellétur nominibus: quot ſint, & quis earũ ordo. CAP. III.

VErbum (vt antiqui prodidere grammatici, Rab. Ionáh, R. Iehudáh, & R. Abrahám in Moznáim,) diuiditur in ſex ſpecies: (quanquam iuniores, in octo diuidunt) quarum ſingulæ communi nomine appellantur בִּנְיָן, id eſt ædificium. Vt enim ædificium diuerſis conſtat partibus, nempe fundamento, tecto, parietibus, & è multis conficitur lapidibus: itidem & binián, (hoc eſt verborum coniugatio) conficitur diuerſis partibus, vt præterito, præſenti, & futuro, pluribúſque perſonis, & numeris, & generibus, maſculino videlicet & fœmineo.

Et prima quidẽ ſpecies peculiari nomine vocatur פָּעַל קַל, id eſt verbũ lene, teſte R. Iehudáh, tũ quia hánách, litera quieſcens, id eſt א, quæ eſt inter primã & ſecundã literã radicalẽ virtute, ſeu potentia puncti regalis, ſiue maioris, quod eſt camés, (vt dictũ eſt primo libro) cadit in futuro, in quo mutatur in ſceuá: vt פָּעַל operatus eſt, in futuro אֶפְעַל operabor, יִפְעַל operabitur, תִּפְעַל operaberis, & ita reſiduum. Tum quòd eius participia non aſſumant מ in principio, vt aliæ ſpecies, vt מְדַבֵּר Loquẽs, מְדַבְּרִים loquentes, & ita in cæteris, vt ſuo dicemus in loco. R. verò Dauíd in Michlól dicit ipſum appellari cal, 7

quòd præter literas radicales, & deseruiẽtes necessarias ad distinctionem personarum, numeri, & generis, nullas admittit literas. In aliis verò coniugationibus, ה & מ literæ non sunt superadditæ ad ministerium prædictũ, sed ad cognitionẽ coniugationis. Vnaquæque verò aliarum cõmuni nomine appellatur פָּעַל הַכָּבֵד verbum graue, aut propter daghés: aut propter ה & מ superadditas literas: aut quia prædictum hannách, quod est in præterito inter primam & secundam literam radicalem, manet in futuro, vt דִּבֶּר locutus est, futurum אֲדַבֵּר loquar, יְדַבֵּר loquetur, & ita reliquum.

Secunda, proprio nomine dicitur נִפְעַל.

Tertia, פִּעֵל הַרְגּוּשׁ, quòd secunda dagheſſetur litera radicalis: ad quam reducitur פָּעַל.

Quarta verò, הִפְעִיל, ad quam reducitur הֻפְעַל.

Quinta est פּוֹעַל הַנּוֹסָף vocant.

Sexta est הִתְפַּעֵל, ad quam reducitur * הֻתְפַּעַל.

7 Secundum verò R. Dauíd in Michlól, qui octo ponit verborum ordines,

Primus ordo est Binián cal.

109 Secundus, Niphál.

115 Tertius, Pihél haddaghus.

117 Quartus, Puhál sceló nizcár scem pohaló.

118 Quintus, Hiphíl.

119 Sextus, Hophál.

Septimus Pohél.

Octauus, est Hithpahál. Sed naturalis ordo est vt primũ ponatur Niphál, deinde Hithpahál, postea Cal, subinde Pihél haddaghús, quinto loco Pohél, postremo Hiphíl. Quippe naturali ordine actio immanens, quam significant binián niphál, & hithpahál, præce-

dit actionem transeuntem. Et actio transiens sine medio, vt causa proxima, quá significant binián cal, quo ad verba transitiua, & pihél haddaghús, præcedit actionem transeuntem per aliud, vt causam secundam, & remotam, quam significant biniân hiphíl & pohél.

Sunt etiam qui prædictas verború species ordinauerunt secundũ ordinem qui ponitur primo capite Geneseos: vbi primum ponitur verbum ex binián cal, cũ scribitur, In principio בָּרָא creauit Deus cælum & terram. Deinde Pihél haddaghús, cũ ait, Et spiritus Dei מְרַחֶפֶת cubabat (vel insufflabat) super aquas. Post, Hiphíl, cũ inquit, וַיַּבְדֵּל & diuisit &c. Deinde Pohél: quãquam ibi non ponatur, quòd rarus sit eius Sacris in literis vsus. Postea ponitur Niphál cum ait, וְיִקָּווּ congregentur &c. Postremo, Hithpahál. R. vero Dauid primum ponit Cal, deinde Niphál, quod prædicti binián cal putat esse passiuum: deinde Pihél haddaghús, & Puhál eius passiuum: exinde Hiphíl, & eius passiuũ Hophál: postremo Pohél, & eius passiuum Hithpahál, vt singula actiua, sua habeant passiua.

Sex duntaxat esse verborum coniugationes. quid vnaquæque significet. Quo pacto inter se & conueniant & discrepent Niphál & Hithpahál. CAP. IIII.

QVanquam (vt præfati sumus) prisci grãmatici, & ex iunioribus nonnulli, in sex species verba diuiserint, tamen non ab re fore duxi, vt rei veritas eluceſcat, naturalem afferre rationem cur non sint plures, nec pauciores, & in quo cõueniant, in quóve discrepent, manifestare: vt Sacris in literis, quo ad fieri poterit, verum habeamus intellectum. Igitur verbum (vt dictũ est primo huius

libri capite) significat actionem, aut passionẽ, vel quodpiam aliud accidens in tempore determinato. Omnis autẽ actio aut est immanens, aut transiens. Transiens verò, aut transit sine medio, vt causa proxima actionis: aut per alium, siue iussu alterius fit, vt causa secunda, & causa remota. Actionem immanentem significant (vt dictum est) verba binián niphál & hithpahál. Actionem transeuntem sine medio significant verba cal, & pihél haddaghús: Transeuntem verò per alium significant verba hiphíl & pohél. Et ita cum aliter non possit actio variari, siue accidens quod quis efficit in tempore determinato: nõ possunt esse plures, aut pauciores species, sic exigente natura actionis, aut accidentis tempore determinato effecti. Sunt etiam (vt ex dictis liquet) tres verborum combinationes: æquãtur enim ferè in significatione, niphál & hithpahál: súntque intransitiua, vt testatur & ipse R. Dauíd in cõmen. in Iechez. 6. 9. Et in libro Radicum, in זָבַר ait, Nunquam inuenimus binián niphál trãsitiuum, sed intransitiuũ. Sic etiã binián cal & pihél haddaghus, præterea hiphíl & pohél æquantur. Quòd æquentur niphál & hithpahál, ostendit illud Leuit. 18. 24, Ne תִּטַּמְּאוּ polluatis vos in omnibus istis: quia in omnibus istis נִטְמְאוּ polluerunt se gentes. quorum prius est ex hithpahál, alterum verò ex niphál. nec possunt esse passiua, vt sit sensus, ne polluamini (ab aliis) in omnibus istis: quia in his omnibus pollutæ fuerunt (ab aliis) gẽtes: sed sunt actiua intransitiua, ne polluatis, vosmetipsos scilicet. Præterea Onchelos linguæ Hebrææ & Chaldææ peritissimus (teste R. Moscéh AEgyptio) in suo Tharghum, id est in sua interpretatione Chaldaica, niphál transf-

fert vt hithpahál:quod & R. Ionathán ben Oziél obſer uauit,vt Gene.1.9,vbi dicitur יִקָּווּ congregent ſe aquæ: Tharghum,יִתְכַּנְשׁוּן,primum eſt niphál, alterum hithpahál. Et 28. 14, וְנִבָּרְכוּ & benedicent ſe in te: Tharghum,וְיִתְבָּרְכוּן.Item 29.34,Nunc ſemel יִלָּוֶה copulabit ſe vir meus mihi:Tharghũ,יִתְחַבַּר־לִי.Exod. 23.13,Et in omnibus quæ dixi vobis,תִּשָּׁמֵרוּ caucbitis.aut cuſtodietis vos.Tharghũ,תִּיסְתַּמְרוּן. Ibidẽ 17,יֵרָאֶה apparebit omnis maſculus: Tharghum,יִתְחֲזֵי. 1.Reg. 18.15, Hodie אֵרָאֶה oſtendam me ei: Tharghũ,אִתְחֲזֵי. Et 21.29,pro eo quod נִכְנַע humiliauit ſe: Tharghum, אִתְכְּנַע. Et huiuſmodi alia multa. Ad hæc,ſi hithpahál & niphál eſſent prima ſui impoſitione paſſiua,non haberent imperatiuũ, vt videmus ipſa habere ſicut alia quatuor.repugnat enim imperatiuũ paſſiuo:quia imperare eſt agere,& nõ pati.Nec(vt plærique arbitrantur)imperatiuũ in hiſce verbis ſignificat diſpoſitionẽ patiẽtis ſeipſum diſponẽtis ad receptionẽ actionis aut alterius accidentis ab agẽte:quia ſeipſum diſponere, non eſt pati, ſed agere.Ex multis præterea Sacræ ſcripturæ locis liquido colligitur nõ eſſe paſſiuæ,ſed actiuæ ſignificationis:vt Iiob 36. 21,הִשָּׁמֶר caue(ſiue cuſtodi te)ne reſpicias ad iniquitatẽ. quod materna lingua ſignificat*(vt inquit R.Dauíd in Michlól) *guardati*. Et Exod.19.12, הִשָּׁמְרוּ cauete ne aſcẽdatis in montem.Et 17.9, Et egredere: הִלָּחֶם pugna in Hamaléc. Geneſ. 49. 1, הֵאָסְפוּ Congregate vos, & annuntiabo vobis.Leuit.25.47,וְנִמְכַּר & vendiderit ſe peregrino . Et 49, וְנִגְאַל & redimet ſe. Et 50, Et computabit cum eo qui emit eum ab anno quo הִמָּכְרוּ vendidit ſe.Geneſ.18.1,וַיֵּרָא & apparuit ei Dominus.Nume. 23.28, Super verticem montis Pheghór הַנִּשְׁקָף qui reſpi

cit contra desertum. Deut. 23.9, וְנִשְׁמַרְתָּ & cauebis (vel custodies te) ab omni re mala. Sed citemus & de hithpahál exempla. Num. 11.18, הִתְקַדְּשׁוּ sanctificate (vel præparate) vos in crastinum. Iesah. 52.2, הִתְנַעֲרִי excute te de puluere. Sic 51.17, הִתְעוֹרְרִי excita te. Prouerb. 25.5, Ne תִּתְהַדַּר glorifices (aut laudes) te coram rege. Gene. 6.9, Cum Deo הִתְהַלֶּךְ נֹחַ ambulauit Nóach. Et 24.40, Deus in cuius conspectu ego הִתְהַלַּכְתִּי ambulaui. Quòd si plura optas habere testimonia, require in binián niphál & hithpahál. Præterea, si niphál est passiuum ab alio, illud Exod. 23.17, יֵרָאֶה apparebit omnis masculus tuus corá arca Domini. non erit præceptũ ipsis masculis. Et sic 13, Ab omnibus quæ dixi vobis תִּשָּׁמֵרוּ cauebitis. vel custodietis vos. Et 24.1, וְהִשְׁתַּחֲוִיתֶם & adorabitis procul: vel incuruabitis vos procul. non erit ipsis, sed aliis præceptũ. Adhæc Exod. 21.22, scribitur, Si יִנָּצוּ rixati fuerint viri &c. si est passiuũ ab aliis, quomodo est rectum diuinũ iudicium, quo dicitur, condemnando cõdemnabitur &c. Item, 20.21, Et Moscéh נִגַּשׁ accessit ad caliginem: si est passiuum ab alio, solus non accessit. Amplius illud Iesah. 65.1, נִדְרַשְׁתִּי, si est passiuum, sensus est, Quæsitus sum ab his qui nõ quæsierunt: quod cõtradictionẽ implicat. præterea R. Ionáh in Ricma, Cap. 32, exponens illud 1. Semu. 15.27, Et tenuit alam (.i. orá pallii) eius, וַיִּקָּרַע & scidit se: dicit quòd pallium, est agens in seipso secundum viam & modum omnis niphál. Et in capite הַכּוֹלֵל, Niphál (inquit) intrãsitiuũ, est actiuum in seipso, & non transit niphál in passiuum. Niphál dicit intransitiuum, nõ autẽ simpliciter dicit niphál: quia ipse, vt plærique alii, putauit niphál interdum esse transitiuũ, vt Nume. 31.3, Et locutus est Mo-

ſcéh ad populum,dicendo,הֵחָלְצוּ Accingite ex vobis viros ad pugnam. Et Iechez.6.9,נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם Contriui cor eorum.ſecúdum eius opinionem. Quæ tamen (vt alia)intranſitiue ſunt exponenda,Accingant ſe ex vobis viri. R.quoque Dauíd in lib.Radicum,Non eſt(inquit)verbum trãſitiuum,vt putauit R. Ionáh. Præterea idé exponens locum illũ Iechez.6.9,Nó eſt(inquit) binián niphál tranſitiuũ,ſed intrãſitiuum,ponitúrque אֶת vice מִן à. Vnde exponit,contritus ſum à corde eorũ: ſed exponendum eſt,Contriui me cum corde eorum. Et in libro Haſſaghàh exponitur illud Geneſ.20.16,Et ad Saráh dixit,Ecce dedi mille argenteos viro tuo,ecce eſt tibi operimentũ oculorum omnibus qui ſunt tecũ, וְאֵת כֹּל וְנֻכָּחַת & omnia diſpoſuit.ſeu præparauit.i.omnes potentias ſuas,quas,vt diſponeret,iuſſit.Sed verus ſenſus eſt,& in omnibus quæ dicta & facta fuerant,erudiuit,& correxit ſe. R. Dauíd in lib. rad. Verba ſunt(inquit)Moſcéh dicentis, Cũ omnibus his rebus, quæ acciderunt ei, quando dixit,Frater meus eſt,cum Parhone & Abimélech,erudita eſt Saráh,ne amplius diceret, Frater meus eſt. Sũt & alia loca in niphál & hithpahál quæ iunctis dictionibus quibuſdam actiuam & trãſitiuam videntur habere ſignificantiam: quæ ſunt exponenda, ne anſam præbeant errandi.vt Gene. 37.18, וַיִּתְנַכְּלוּ אֹתוֹ & cogitauerunt aduerſus eum.Vnde pro אֹתוֹ Tharghum habet עֲלוֹהִי aduerſus eum. Vel אֹתוֹ ponitur pro אִתּוֹ ſecum,vt exponit R.Scelomoh. Exod. 33.6, וַיִּתְנַצְּלוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל אֶת־עֶדְיָם & expoliauerunt ſe filii Iſrael ornamentó ſuo.vbi אֶת ponitur pro מִן,teſtibus R.Abrahám & R.Dauíd. Pſal.109.3,וַיִּלָּחֲמוּנִי & pugnauerunt 142
mecum: vel in me, id eſt contra me,teſtibus R.Abra-

hám & R. Dauíd. Iehoſ.18.5, וְהִתְחַלְּקוּ אֹתָהּ & diuident ſe in ea. vbi אֹתָהּ ponitur vice בָּהּ, teſte R.Dauíd in cõment.& in Libro rad. 1.Semu.18.4, וַיִּתְפַּשֵּׁט יְהוֹנָתָן אֶת־ הַמְּעִיל & exuit ſe Iehonathán pallio. vbi אֶת ponitur loco מִן, teſte R. Dauíd, quia hithpahál non eſt tranſitiuum, ait idem. 1.Reg. 7.14, וַיִּמָּלֵא אֶת־הַחָכְמָה & plenus erat ſapientia. Iudic. 19.22, וְנָסַבּוּ אֶת־הַבַּיִת & gyrauerũt (aut circuierunt) iuxta domum. Iehoſ.10.25, אֲשֶׁר אַתֶּם נִלְחָמִים אוֹתָם in quos vos pugnatis in eos. vbi אוֹתָם ponitur pro בָּהֶם, & ita habet Tharghum בְּהוֹן. Exod. 32.3, וַיִּתְפָּרְקוּ כָל־הָעָם אֶת־נִזְמֵי הַזָּהָב & ſeparauerunt ſe omnis populus ab inauribus aureis. Hoc pacto alia huiuſmodi poteris intranſitiue exponere. R.Scemuél benuenáſt inter grammaticos non infimus, putauit niphál per ſe & ſuapte natura eſſe actiuum intranſitiuũ, ſed quod interdum ponatur vice paſſiui: quia in plæriſque verbis nõ valebat imaginari quomodo poſſent actiue exponi, vt eſt illud Leuit. 4.12, in loco effuſorum cinerũ יִשָּׂרֵף cõburetur. Et 7.18, Et ſi הֵאָכֹל יֵאָכֵל comedẽdo comeſtũ fuerit de carne. Et Exod.22.12, Et ſi גָּנֹב יִגָּנֵב furando furatũ fuerit ab eo. id eſt furto ablatum fuerit. & idgenus, quæ & ipſe, & plærique alii paſſiue exponunt: volúntque in huiuſcemodi paſſiuis exprimi à quo ſit talis paſſio, quemadmodum exprimitur in verbis puhál. Quam opinionem ſequi videntur Talmudiſtæ, nã ſuper illud Leuit.25.39, Et ſi attenuatus fuerit frater tuus tecum, וְנִמְכַּר־לָךְ & vendiderit ſe tibi: dicunt, cum vendiderit ſeipſũ, Scriptura loquitur. Et ſuper illud Deut. 15.12, Cum (vel Si) יִמָּכֵר vendiderit ſe tibi frater tuus Hebræus: dicunt ipſi, Cum, vel ſi venditus fuerit tibi &c. à domo iudicii, id eſt à collegio Iudicum Scriptura lo-

quitur. Multi etiã ex iunioribus putarũt interdú & per accidẽs, non per ſe, niphál & hithpahál eſſe paſſiua: quã quã nullum eſt verbũ in hithpahál quod nõ poſſit & debeat exponi modo ſupradicto actiue & intranſitiue. R. autẽ Abrahám in libro Sepháth iether, ita ſcribit, Et notandũ quòd binián niphál eſt ſecundũ duos modos, vt נִכְבַּד glorificauit ſe, quod eſt à ſeipſo: & vt נִשְׁבַּר cõtritus eſt, quod poteſt eſſe & à ſe & ab alio: ſed hithpahál ſemper eſt à ſeipſo. Et in libro Sachúth ponit quandã diſtinctionem inter niphál & hithpahál, & inter quædã ipſorũ verba: quoniam ſunt nõnulla quæ intelligũtur ſecundum ſermonem, aut cogitationẽ, ſiue exiſtimationem, & non ſecundum rem & exiſtentiam. vt * Geneſ. 22.12, וְהִתְבָּרְכוּ & benedicent ſe in ſemine tuo, &c. Et Prouer. 13.7, יֵשׁ מֵתְעַשֵּׁר וְאֵין כֹּל מִתְרוֹשֵׁשׁ וְהוֹן רָב eſt diuitem ſe faciens, & non eſt omne, (ſiue quicquã. i. nihil habet) eſt pauperẽ ſe faciens, & ſubſtantia multa .i. & multas habet opes. Et 12.9, Melior eſt pauper, & ſeruus ſibi, מִמִּתְכַּבֵּד quàm ſe glorificans, & egẽs pane. Et 25.14, vir מִתְהַלֵּל ſe laudans in datione mendacii. * Nõ eſt autem illud Geneſ. 22.18, ſuprà poſitum, ſicut iſtud eiuſdem Geneſ. 18.18, וְנִבְרְכוּ־בוֹ & benedicentur in eo. Illud enim fieri poteſt quòd non ſit ita, ſed tantum ſermone aut cogitatione: hoc autẽ non ſic eſt, nã eſt reipſa. Idem in commẽtariis in eundem locum Geneſ. 18.18, paſſiue etiam exponit, his verbis, וְנִבְרְכוּ־בוֹ eſt cõiugationis niphál, ſenſúſque eſt, Et erunt benedicti propter ipſum. Dictio verò וְהִתְבָּרְכוּ, Geneſ. 22.18, non idẽ ſignificat, verùm, Ipſi benedicent ſe in eo. R. quo- 121
que Dauid exponit paſſiue illud Gen. 12.3, וְנִבְרְכוּ בְךָ & benedicãtur in te. i. propter te, & merito tuo. Illud verò

Genes.22.18, וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֶךָ exponit, & benedicent se in semine tuo, dicētes, Benedicat nobis Deus, quēadmodum benedixit semini Abrahæ. Alii verò vtrũque exponunt actiue, & intransitiue, ne benedictio Abrahæ sit diminuta propter eius erga Deũ obedientiã alligato filio, vt eũ Deo offerret, quòd arbitrentur niphál & hith pahál suapte natura, & secundũ primam eorũ impositionem esse actiua intransitiua. Quod iterum probant ex Iechez. 14.14, Ipsi iustitia sua יְנַצְּלוּ liberabunt animam suam. Et 16, Ipsi duntaxat יְנַצְּלוּ liberabunt seipsos. Et 20, Si filium, si filiam יְצִילוּ liberabunt ipsi iustitia sua, יַצִּילוּ liberabunt animam suam. Quibus verbis ostenditur vtrunque verbum esse actiuum: quanquã vnum est transitiuum, & alterum intransitiuũ. Et sic dixit Scimscón Iudic.16.17, Si נִּלַּחְתִּי rasus fuero, recedet à me fortitudo mea. non autem dixit, הִתְנַלַּחְתִּי si rasero me. Et sic hithpahál & puhál differunt vt actiuũ & passiuum, vt dicunt. Ego tamen inueni Onchelós puhál interpretari per verbum hithpahál, vt Gene.25.10, קְבִר sepultus est Abrahám: Tharghum, אִתְקְבַר. Et Exod.22.7, וְגְנַב & furto ablatum fuerit: Tharghũ, וְיִתְגְנְבִין. Quod facit pro iis qui putãt niphál interdum esse passiuum, cuius opinionis & ego sum. Arbitror enim hæc verba esse veluti media apud Græcos, quæ cum actiuam cõmuniter habeant significantiã, interdum tamẽ passiue capiuntur, vt nostris in Isagogis Græcis scripsimus: aut sunt interdum instar verborum impersonalium, quæ vocem habent passiuam, & actiuam significationem: vt cum dicitur absolute, statur, curritur, legitur. Sunt igitur niphál & hithpahál intrãsitiua, quòd actio ab agente in aliud nõ exeat, sed in seipsum: vnde agẽs

& patiens ratione duntaxat distinguntur. Et in hoc à binián cal intransitiuo distinguntur, quia cal intransitiuũ significat quod agens agit: sed aut in seipsum, aut in aliud agere non exprimit. Sed iam quid scribat R. Dauíd (quem iuniores ferè vniuersi sequuntur) enarremus. Et post ipsum, (inquit, id est post primum ordinem) est binián niphál, quod primi ordinis & virtutẽ & accidens recipit. Dicis enim ex שָׁמַר seruauit, custodiuit, נִשְׁמָר, vt Hose. 12.13, וּבְנָבִיא נִשְׁמָר & per prophetã seruatus est, siue custoditus est. Deus enim excelsus seruauit Israelem per prophetam, & Israél fuit seruatus. Igitur נִשְׁמָר recipit accidens שָׁמַר. Sed illud 2.Sem.20. 10, Et Hamasá non נִשְׁמַר custodiuit se à gladio: recipit accidens à seipso, & non est agens aliud præter ipsum, quia expositio est quòd non custodiuit seipsum à gladio. At in verbis intransitiuis non inuenitur binián niphál, susceptiens accidens binián haccál: quoniã accidens ex binián haccál, manet in seipso, & non exit in aliud, éstque actiuum & passiuum. Illud tamen Psal. 109.23, sicut vmbra cum declinat, נֶהֱלָכְתִּי ambulare factus sum: & Exod. 16.35, ad terram נוֹשָׁבֶת habitabilem factam: & Iechez. 26.19, sicut vrbes quæ non נוֹשָׁבוּ habitabiles factæ: non recipit accidens binián haccál, sed binián haddaghús, quod est transitiuum, quia נֶהֱלָכְתִּי recipit accidens ambulare facientis eum, & non ambulantis, quoniam ipsemet est ambulans. Et sic alia duo, recipiunt accidens habitare facientis, non habitantis: quippe homo terram habitare facit, & terra habitatur: neque etiam vocatur terra habitata propter habitantes in ea, sed propter habitare facientes eam, qui domos ædificant, vineas plantant, terram colunt, & quæ vrbi

109

110

111

sunt necessaria faciunt, sine quibus non essent qui eá inhabitarent. Et sic illud Genes. 33.7, & postea נִגַּשׁ acce dere factus est Ioseph & Rachél: recipit accidens accédere facientis eum, & non accedentis, quoniam ipse
112 erat qui accedebat. Sic etiam illud Exod. 22.8, וְנִקְרַב & appropinquari fiet dominus domus ad iudices: suscipit accidens appropinquare facientis eum, nempe iudicis, aut collegii iudicum. Et hoc ita accidit, eo quòd non possunt recipere accidens suæ speciei, hoc est binián cal: propterea translata sunt ad binián pihél haddaghús, vel hannosáph, & eius recipiunt accidens. Sic prætereà נִהְיְתָה facta est (siue facta est fieri) res hæc, 1. Reg. 1.27, recipit accidens facientis esse, & non entis, seu existentis, quoniam ipsa est existens. Et נִהְיָה est sicut הָיָה, nisi quòd in נִהְיָה apparet agens. Sic etiam, וְנַעֲלָה & ascédere facta est nubes, Num. 9.21, & idgenus quæ sunt ex
113 niphál & ex verbis intransitiuis. Quemadmodum autem dicimus ex verbis intransitiuis pahál absque niphál, itidē dicimus niphál absque pahál: vt ex נִשְׁבַּע iurauit, non dicimus שָׁבַע: nec ex נוֹתַר reliquum fuit, יָתַר, quanquam R. Iehudáh dicat יָתַר יָתְרַת, & totum residuū, quia inuenit הַיּוֹתֵר, 1. Sem. 15.15. quod tamen potest esse tóar, vel nomē verbale. Et niphál non eget verbo cal: sed quo loco inuenitur nomē verbale, aut nomē tóar, dicimus ex eo verbum cal, si non inueniatur niphál. vt dicimus רָוָה Inebriauit, irrigauit, רָוִיתָ inebriauisti, quia inuenimus Iesah. 58.11, sicut ortus רָוֶה irriguus.
304 Et alio loco sic scribit, Et iuxta eum ordo secūdus vocatur binián niphál, quod totum est passiuum, nec est in eo actiuum, quia eius actiuum est ordo primus.

Quòd binián Cal, & pihél haddaghús: Hipbíl item & pohél æquantur in ſignificatione. CAP. V.

POhal cal, & pihél haddaghús æquantur in ſignificatione. vtrunque enim per ſe, & ſine medio agere ſignificat, vt בָּחַר elegit, שָׁמַר cuſtodiuit, & idgenus, quæ ſunt ex cal: & דִּבֶּר locutus eſt, שִׁבֵּר cõtriuit, quæ ſunt ex pihél haddaghús. quod intelligendum eſt de tranſitiuis, hoc eſt de verbis quæ ſignificant accidentia quæ ab agente in aliud tranſire valẽt. Sunt enim plæraque accidentia quæ in aliud tranſire non poſſunt: & verba quæ huiuſcemodi ſignificant accidentia, intranſitiua ſunt, cuiuſmodi ſignificantia motum, aut ſitum, vt עָמַד Stetit, יָשַׁב ſedit, קָם ſurrexit, רָץ cucurrit, עָלָה aſcendit, יָרַד deſcendit, הָלַךְ ambulauit, & ſimilia, quæ Author linguæ voluit eſſe propria ipſius cal, paucis exceptis, quæ inueniuntur in pihél haddaghús, vt Cant. 7.12, פִּתְּחוּ הַסְּמָדַר aperuit ſe vua parua. Ieſah. 48.8, non פִּתְּחָה aperuit ſe auris tua. Et 60.11, וּפִתְּחוּ & aperient ſe portæ tuæ. Iechez. 16.7, & pillus tuus צִמַּחְתְּ germinauit. Ieſah. 34.5, quoniã רִוְּתָה inebriauit ſe in cælis gladius meus. quãquã R. Dauíd, & plærique alii putant eſſe ex puhál paſſiuo, & chiríc eſſe loco ſcuréc, ne quod verbum intranſitiuum attribuatur pihél haddaghús. Interdũ tamen pihél haddaghús habet ſignificantiam hiphíl: quòd ſit tranſitiuum in tertiũ: quod fit quum thema, ſiue primitiuũ, eſt commune ſibi, & ipſi cal, in quo inuenitur tranſitiuum: vt כָּתַב Scripſit, יָדַע ſciuit aut cognouit. vtrunque enim eſt actiuum tranſitiuum in cal: idcirco quã do tranſfertur ad pihél haddaghús, eſt vt hiphíl: vt Iiób 38.12, הוֹדַעְתָּ ſcire feciſti auroram locum ſuum. Ieſa.

Trãſitiuũ verbum.

Intranſitiuum.

10.1, וּמַכְתִּבִים עָמֵל כָּתָבוּ & ſcribere facientes dolorem, (vel mendacium,) ſcribere fecerunt. ſed hæc perrara ſunt.

Hiphíl quoque & pohél æquãtur in ſignificatione: quia vtrunque ſignificat velut cauſam quandam. Vnde notandũ eſt hiphíl quatuor inueniri modis in Sacris literis. Interdum enim thema, ſiue primitiuum, eſt trãſitiuum & commune ſibi & ipſi cal: & tunc primũ agens eſt cal: ſecundum verò, velut cauſa quædam remota, ſiue imperium aliquod, diſpoſitióve, eſt hiphíl: vt הִלְבִּישׁ Induere fecit, הִנְעִיל abiicere fecit, הִטְמִין abſcõdere fecit, הֵנִיק lactare fecit, הִמְצִיא inuenire fecit, * הִשִּׁיא decipere fecit, הִפְקִיד viſitare, aut numerare fecit, הֶעֱבִיר ſeruire fecit, הֶעֱמִיס portare aut onerare fecit, & idgenus quæ in cal ſunt tranſitiua, לָבַשׁ Induit, נָעַל abiecit, טָמַן abſcõdit, יָנַק lactauit, מָצָא inuenit, נָשָׂא decepit, פָּקַד viſitauit, עָבַד ſeruiuit, עָמַס portauit, vel onerauit. Interdũ verò eſt intranſitiuum, & tunc accidens per verbũ ſignificatum in cal, dicitur de ipſo accidentis ſubiecto: cauſa autem ipſius, quæcũque ſit cauſa, ſignificatur per hiphíl, quod appellatur tranſitiuum tantum, eo quòd cal eſt intranſitiuũ: vt הִכְשִׁיל Sperare fecit, הִכְשִׁיל cadere, vel impingere fecit, הֵנִיס fugere fecit, fugauit: הִצְדִּיק iuſtificauit, aut iuſtificare fecit: הִקְרִיב appropinquare fecit, obtulit: הֶעֱבִיר tranſire fecit: הֶאֱבִיד perdidit, & perdere fecit. quæ in cal ſunt intranſitiua, vt כִּשֵּׁל Sperauit, כָּשַׁל cecidit, aut impegit, נָס fugit, צָדַק iuſtificatus eſt, קָרַב appropinquauit, עָבַר tranſiuit, אָבַד periit, & idgenus. Eorum etiam quæ ſunt tranſitiua, quædã ſunt tranſitiua in duo patientia, vt apud Latinos, doceo: dicimus enim, doceo te grammaticam: ſed in Sacris literis quandoque vnius tantum fit mentio, quòd

alterum sit per se notum: interdum verò vtrunque po nitur. vt, 2. Paral. 28. 15, וַיַּלְבִּשֻׁם וַיַּנְעִלוּם וַיַּאֲכִלוּם וַיַּשְׁקוּם & induere fecit eos, & calceare fecit eos, & comedere fecit eos, & bibere fecit eos. haud dubium quin vestem, calceos, cibum, & potum. Psal. 39. 5, הוֹדִיעֵנִי יְהוָה קִצִּי scire fac me Domine finem meum. Et 147. 8, הַמַּצְמִיחַ הָרִים חָצִיר qui germinare fecit montes herbam. Deut. 8. 3, וַיַּאֲכִלְךָ אֶת הַמָּן & comedere fecit te man.

Nonnunquam etiam est transitiuum, & proprium ipsius hiphíl, ita vt nō inueniatur in cal: tūc ipsum hiphíl (vt dicunt ferè omnes grāmatici) habet significationem cal transitiui, id est sine medio, aut causa aliqua, cuiusmodi prædicta: vt הִשְׁלִיךְ Proiecit, הֶאֱזִין auscultauit, הִלְבִּין dealbauit, הִשְׁבִּיעַ adiurauit, הוֹבִיל attulit, הֶאֱמִין credidit, הִשִּׁיג attigit, הִכְפִּישׁ inuoluit, הִכְתִּיר coronauit, & idgenus, quæ non inueniuntur in cal, propterea sim pliciter transitiua reputant vt transitiua in cal: quæ tamen (siquis subtilius perscrutetur) inueniet in tertiū, velut per causam aliquā, transitiua: vt הִשְׁלִיךְ quod proiecit simpliciter significare putant, proiicere fecit significare inuenient. quippe in lapidis proiectione du plex est motus: proiiciētis prior, alter aeris, qui motus, lapidē mouet. Et sic aer est mediū quo talis fit motus: itáque proiectionis causa prima est proiiciens, secunda aer. sed quia istud medium non est sensibile, idcirco non posuit hoc verbum in cal. Hoc modo in actu credendi duplex est actus, intellectus, & voluntatis intellectum mouentis, vt firmiter his quæ non videt, adhæreat. In auscultando itidem, vt melius audiat, homo suam inclinat aurem. Et si causæ impositionis verborū, nobis (vt primo Authori) essent notæ, in tertiū

esse transitiua huiuscemodi verba, non ignoraremus.

Quandoque (licet raro) thema est intransitiuum, & etiam proprium ipsius hiphíl, vt הִשְׁכִּים mane surrexit, הֶחֱרִישׁ siluit, & obsurduit. Sed quia sunt rarissima, per accidens sunt intransitiua: quanquam & hæc forsan sunt transitiua in tertium, sed impositionis primæ ignoramus causas.

Ponunt & quintũ modum grãmatici, quando thema, siue primitiuũ est commune vtrique, nempe ipsi cal, & hiphíl, & hiphíl est intrãsitiuum, vt Exod. 14. 10, Et Parhóh הִקְרִיב appropinquauit. quanquam R. Abrahám exponat, appropinquare, fecit: subaudiens, castra sua. Hezræ 10. 10, מְרֻעֲדִים עַל־הַדָּבָר tremẽtes propter verbũ. quod potest exponi, tremere facientes eos qui ascẽderant de captiuitate, alter alterum. Iesah. 33. 9, הָחְפִּיר לְבָנוֹן confusus est Libanus. quod & transitiue potest exponi, confundere fecit Libanum: subaudi, inimicus: vt Genes. 48. 2, וַיַּגֶּד לְיַעֲקֹב & nuntiauit ipsi Iahacób: subauditur nuntius. Et Psal. 25. 17, angustiæ cordis mei הִרְחִיבוּ dilatatæ sunt: potest exponi, Angustias cordis mei dilatare fecerunt, subaudi, inimici. Nechem. 9. 25, Et saturati sunt, וַיְשַׁמְּנוּ & impinguati sunt. tu dic, & impinguare fecerunt semetipsos. Psal. 49. 17, ne timeas cum יַעֲשִׁיר אִישׁ ditatus fuerit vir. tu dic, cum ditare fecerit virum: subaudi, ditans. Hoc sanè modo possunt exponi quæ communiter intransitiue exponuntur à grammaticis, vt Gene. 44. 4, Non הִרְחִיקוּ elongauerũt se. Exod. 8. 28, הַרְחֵק לְא־תַרְחִיקוּ elongando ne elongate vos. Ibidem, הַעְתִּירוּ orate pro mè. Et 16. 24, & nõ הִבְאִישׁ fœtuit. Iehos. 8. 4, Ne תַּרְחִיקוּ elongetis vos ab vrbe. Et 10. 33, Donec non הִשְׁאִיר־לוֹ remansit ei superstes. 2. Reg. 4. 31,

Non הֵקִיץ surrexit puer. Psal. 57.9, אָעִירָה exurgam diluculo. Et 38.6, הִבְאִישׁוּ putruerunt. Ioél 1.10, הוֹבִישׁ cõfusum est vinum. Iechez. 43.2, Et terra הֵאִירָה splenduit à gloria eius. Hose. 4.10, הִזְנוּ fornicati sunt. Prouer. 14. 11, Tabernaculum piorum יִפְרַחְ germinabit. aut florebit. & sic alia huiusmodi. Quòd æquetur pohél in significatione, manifestum est ex Sacris literis. Psal. 77. 18, זָרְמוּ מַיִם עָבוֹת inundare fecerunt aquas nubes. acsi dixisset הִזְרִימוּ, quanquam nonnulli putant passiuum esse verbum. Psal. 101.5, מְלַוְשְׁנִי accusare facientem in secreto proximum suum. Et quæ dicta sunt de hiphíl, conueniunt & ipsi pohél. R. quoque Dauíd in Michlól dicit esse transitiuum nunc in secundum, modo in tertium, vt suo loco dicemus. 120

Tempora, Personæ, Numeri, & Genera verborum, ordo & nomina. CAP. VI.

SVnt & aliæ partes verbi cómunes ipsis coniugationibus. Nam cum verbum significet accidens in tempore definito & determinato, à substãtia innouato, vel substantiis, quæ possunt esse primæ, secundæ, & tertiæ personæ, & numeri singularis, aut pluralis, & masculini, aut fœminei generis: necesse fuit plures esse partes in quolibet tẽpore. Tẽpus ergo primum, est עָבָר Præteritũ: quia præteritum est necessariũ, quod præcedit possibile, éstque eius causa: & quia Sacris in literis prius fuit positũ בָּרָא creauit. In eo præterito sunt נִדְבָּרִים Personæ: quarum singularis masculina dicitur יָחִיד, fœminea יְחִידָה: pluralis masculina, רַבִּים, & fœminea רַבּוֹת. In eo ité primum ponitur הַנִּכְתָּר tertia persona masculini, quæ dignior est: tum quia demonstratio per locutioné ma-

עָבָר

Personæ.

Singulare.

gis est necessaria in tertia, quàm in secunda & prima persona: tum quia eius literæ sunt omnes radicales, & Scriptura prius tertiam personam posuit. Deinde ponitur הַנִּמְצָא secunda persona masculini, quæ vnico signo, nempe ת, à tertia distinguitur. Tertio loco ponitur מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ prima persona, quæ cõmunis est generis, quæ duobus distinguitur signis, ת videlicet, & י. Neque distinxit inter masculum & fœminam, quòd naturalis sufficeret distinctio. voce enim distinguitur mas à fœmina, quòd fœminæ vox sit gracilior. Exinde tertia ponitur pluralis cõmunis generis, quæ dicitur הַנִּסְתָּרִים, & הַנִּסְתָּרוֹת. Nõ distinxit inter masculos & fœminas, quia voce, eorum sentitur distinctio, quæ est linguæ materies. Nõ enim possumus dicere אָמְרוּ dixerunt, שָׁמְרוּ custodierunt, הָלְכוּ ãbulauerunt, nisi memorauerimus dicentes, custodientes, ambulátes: & ita sermone cõprehenditur eorum distinctio. Sequitur secũda pluralis, quæ dicitur הַנִּמְצָאִים בַּמַּעֲמָד, in qua masculinum distinguitur à fœmineo, quãquam eorum sentiatur distinctio, tum quòd visu, non locutione discernatur: tum quòd ipsi non loquantur, sed sermo fiat ad eos. Postremo est מְדַבְּרִים בַּעֲדָם, & מְדַבְּרוֹת בַּעֲדָן prima persona pluralis vtriusque generis. Est & tertia persona fœminea quæ dicitur נִסְתֶּרֶת, & secunda נִמְצֵאת, & prima מְדַבֶּרֶת בַּעֲדָהּ communis, vt dictum est. Tertia itẽ pluralis communis נִסְתָּרוֹת, & secunda נִמְצָאוֹת, & מְדַבְּרוֹת בַּעֲדָן prima pluralis communis vt singularis.

Plurale.

הַבֵּינוֹנִי Secundo loco ponitur הַבֵּינוֹנִי medians, id est participium, siue nomen Happohél, hoc est participium actiuum: & nomẽ Happahúl, id est participium passiuũ: quæ præsentis & præteriti imperfecti habent significa-

tionem: quanquam (vt dictum est) nō sunt verba, sed nomina, (vnde & à Latinis nomina vocantur participalia) & vt nomina declinantur, & cōiunguntur vtroque in genere.

Sequitur macór, id est Infinitiuum, & gerundium cum suis literis. הַמָּקוֹר

Post hoc ponitur הַצִּוּוּי Imperatiuū iuxta futurum, quoniam imperium nonnisi de futuro est. הַצִּוּוּי

Postremo ponitur עָתִיד אִיתֵּן, id est Futurum, quod & appellatur, à literis quæ sunt futuri personarum notæ, א primæ, י tertiæ vtriusque numeri, ת secundæ masculini, & tertiæ fine י in fine, & secundæ fœminei cū י, & tertiæ pluralis, & נ primæ pluralis. Cur autem sit eodem signo secunda masculini, & הַנִּסְתֶּרֶת occulta, id est tertia fœminei (quāquam, vt arbitror, ignoratur ratio,) dici forsan potest hoc ideo factum, quòd mulier fuerit abscondita in costa Adám, ex qua fuit formata. עָתִיד אִיתֵּן

Optatiuus modus, & Deprecatiuus, Subiunctiuúsq; cognoscitur cum ex qualitatis sermone, tum ex loquē tis natura, & eius ad quem fit sermo, tum ex adiunctis dictionibus quæ optantis, deprecantis, & interrogantis sunt signa, vt אָנָּא obsecro, נָא quæso, לוּ לוּא אַחֲלַי vtinā, הֲ nunquid, אִם: vt Iesah. 64. 1, לוּא־קָרַעְתָּ שָׁמַיִם vtinam dissrumperes cælos. Et 48. 18, לוּא הִקְשַׁבְתָּ לְמִצְוֹתָי vtinam attendisses ad præcepta mea. Psal. 119. 5, אַחֲלַי יִכֹּנוּ דְרָכָי vtinam dirigantur viæ meæ. Genes. 17. 18, לוּ יִשְׁמָעֵאל יִחְיֶה לְפָנֶיךָ vtinam Ismahél viuat corā te. Psal. 118. 25, אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא obsecro Domine saluum fac quæso. Et 132. 3, אִם־אָבֹא בְּאֹהֶל בֵּיתִי Si introiero in tabernaculum domus meæ. Est autem annotandum, quòd הַמַּאֲמָר oratio, diuiditur in הַנָּגָה indicatiuam, vel הַסִּפּוּר narratiuā, quæ

verum, aut falſum ſignificat: & in orationem quæ nō ſignificat verum aut falſum, vt צַוּוּי imperatiuum, ſub quo cōtinetur הַתְפִּלָּה oratio.i.optatiuum, & הַבַּקָּשָׁה poſtulatio.i. poſtulatiuum, & הַתְחִנָּה deprecatio.i.oratio deprecatiua, quæ non ſignificant verum aut falſum. Vnde in Pſalmis, & aliis Sacræ ſcripturæ libris ſūt multa imperatiua vice deprecatiuorum, vt Pſal. 4.2, חָנֵּנִי וּשְׁמַע תְּפִלָּתִי Miſerere mei, & exaudi orationem meam. Et 5.2, אֲמָרַי הַאֲזִינָה יְהוָה Eloquia mea auribus percipe Domine. Aduerte poſtremo, linguam Hebræam cæteris præſtare & in hoc, quòd in verbis maſculinum diſcernit à fœmineo.

Prima coniugatio quæ dicitur binián Cal. Præteriti accentus & punctatura. CAP. VII.

QVanquam (vt dictum eſt) binián niphál natura præcedat alia binianím, attamen ſequentes & Scripturæ ſacræ ordinem, & iuniorum Grāmaticorum ſeriem, primum dicemus de ipſo binián cal. Et quia (vt etiam præfati ſumus) in quolibet binián ſunt verba perfecta, quieſcentia, defectiua, & geminata: primùm erit ſermo de perfectis, poſtea de aliis. Primum igitur vniuerſam ponemus coniugationem primam: deinde particulatim dicemus de ſingulis perſonis præteriti, & aliarum partium, déque earum accentu & punctatura.

עָבַר	פָּעַל	פָּעַלְתָּ פָּעַלְתִּי	פָּעַלוּ	פְּעַלְתֶּם פְּעַלְתֶּן
Præterita.	Operatus est,	operatus es, operatus sum,	operati	operati estis, operati
	פָּעְלָה פָּעָלָה			פְּעַלְתֶּן:
	Operata est, operata es,	operata sum,		operata estis.
הַבִּינוֹנִי	פּוֹעֵל		פּוֹעֲלִים פּוֹעֲלִי	
Participium	Operans,		operantes.	
פָּעוּל	פְּעוּלָה וְאֵין פְּעוּלָת		פְּעוּלוֹת :	
Passivum.	Facta,		factæ.	
הַפָּעוּל	פָּעוּל		פְּעוּלִים פְּעוּלֵי	
Participium	Factus,		facti.	
פְּעוּלָה	פְּעוּלָה		פְּעוּלוֹת :	
	Facta,		factæ.	
הַמָּקוֹר	פְּעוֹל וְאֵין פְּעַל וְאֵין פָּעוֹל			
Infinitivus.	Operari,			

וּבְאוֹתָיוֹת נִכְלָם בְּפְעוֹל כְּפְעוֹל לְפָעוֹל מִפְּעוֹל

Et cum literis, Ibi, Ibi operatio, quæ operationem, ad operandum, ab operatione.

הַצִּוּוּי	פְּעֹל וְאֵין פְּעַל		פְּעֹלוּ
Imperativus	Operare,		operamini.
	פְּעֲלִי		פְּעֹלְנָה :
	Operare,		operamini.
הָאֵיתָן	אֶפְעֹל יִפְעֹל תִּפְעֹל	נִפְעֹל יִפְעֲלוּ תִּפְעֲלוּ	
Futurum.	Operabor, operabitur, operabitur,	operabimur, operabimini, operabuntur,	
	תִּפְעֲלִי תִּפְעֲלִי	תִּפְעֹלְנָה :	
	operaberis, operaberis,	operabimini. ☞operabuntur	
וְאֵין	אֶפְעַל יִפְעַל תִּפְעַל	נִפְעַל יִפְעֲלוּ תִּפְעֲלוּ	
	תִּפְעֲלִי תִּפְעֲלִי	תִּפְעַלְנָה :	

Præteriti punctatura.

פָּעַל PRæteritum trifariam variatur: communiter enim
16 est cũ camés & pathách tertia persona singularis,
& breuis: vt פָּעַל, Num. 23.23, quid פָּעַל operat' est Deus?
Excipiuntur tamen nonnulla quæ sunt cum camés, vt Psal. 93.1, Dominus מָלָךְ regnauit. Et 97.1, Dominus מָלָךְ regnauit. Et 99.1, Dominus מָלָךְ regnauit. Et 112.10, Impius videbit, וְכָעַס & irascetur. vbi præteritum propter ו versum est in futurũ. Deut. 19.19, Sicut וְזָמַם cogitauit facere fratri suo. Iesah. 14.27, quoniam Dominus exercituũ יָעַץ consuluit. vel decreuit. Thre. 2.17, fecit Dominus quod וְזָמַם cogitauit. Hamós 3.8, Leo שָׁאַג rugiit. Hose. 6.2, quia ipse טָרַף rapuit. 1. Sem. 7.17, Ibi שָׁפַט iudicauit Israel. Leuit. 5.19, super errore suo quo שָׁגָג errauit. Et 6.4, Et restituet rem raptam, quam גָּזַל rapuit. Iehos. 10.13, & luna עָמַד stetit. 1. Reg. 11.2, Et eis דָּבַק hæsit, secundũ R. Ionáh: quanquã multi codices habent pathách, teste R. Dauid in Michlól.

16 Quando etiã est in soph passúc, vel cũ athnách, est cũ camés, vt Psal. 1.1, in via peccatorum nõ עָמַד stetit, & in cathedra derisorũ non יָשַׁב sedit. Et 11.3, iustus quid פָּעַל
17 operatus est? Et sic cum zachéph, quod multis in locis vim habet athnách: vt Genes. 31.18, & omnem substantiã quam רָכַשׁ acquisiuit. Iechez. 18.16, Pignus nõ חָבַל pignerauerit. Ibidem, 17, panem suum esurienti נָתַן dederit. Eodem versu, & amplius non לָקַח acceperit. Et paulo ante, 6, super montes non אָכַל comederit. Genes. 27.36, primogenita mea לָקַח tulit. & idgenus multa.
15 Inuenitur & cum pathách, quãuis habeat athnách, vt Iesah. 33.9, Confusus est Libanus, קָמַל excisus est. quãquam R. Iahacób filius Elhazar putat esse à קָמַל cum

séri, iuxta illud Ieſah. 19.6, Calamus & iuncus קָמְלוּ exci ſi ſunt. Et quia habet athnách, séri mutatum eſt in pathách. Nam ſi eſſet à קָמַל cum pathách, haberet camés cum athnách. ſcribit enim R. Ionáh, in omnibus locis, tã in nominibus, quàm in verbis, in quibus inuenitur pathách, mutari in camés cum athnách, & ſoph paſſúc: quæ autem ſunt à primitiuo cum séri, vt פָּעַל, séri mutari in pathách quãdo eſt in ſoph paſſúc & cum athnách. Eſt autẽ hæc communis grãmaticorum opinio, quanquam eam ſibi aſcribat & vſurpet R. Ionáh.

Secúdus præteriti modus eſt cú camés & séri, vt פָּעַל. 10
Pſal. 34.18, Domin' שָׁמַע audiuit. Et לָבַשׁ induit, Pſal. 93.
1. Et שָׁפַל humiliauit ſe, Ieſah. 2.11. Et אָהַב dilexit, Pſal. 11.
7. Et Ieſah. 40.7. יָבֵשׁ aruit herba. Pſal. 115.3, omnia
quæ חָפֵץ voluit fecit.

Eſt & cum camés & chólem, vt יָכֹל potuit, Geneſ. 45.
1. Et Deut. 9.19. יָגֹרְתִּי timui.

Eſt autẽ cómuniter breuis tertia perſona: ſed ſequẽte monoſyllabo, aut dictione lõga, eſt lõga, vt Pſal. 10.
11, שָׁכַח אֵל oblitus eſt Deus. Et 105.26, בָּחַר בּוֹ elegit eum.
Et 41, פָּתַח צוּר aperuit petram. Ieſah. 5.26, וְשָׁרַק לוֹ & ſibilauit ei. Pſal. 105.20, שִׁלַּח מֶלֶךְ miſit rex. Et 110.6, מָחַץ
רֹאשׁ tranſfixit caput. Iiób 30.2, אָבַד כֹּחַ periit ſenectus. 19

Excipiuntur nonnulla quæ ſunt breuia, Gene. 38.23, Non יָסַף עוֹד addidit vltra. 1. Reg. 19.18, nõ נָשַׁק לוֹ oſculatus eſt eum. Et 17.7, quia non הָיָה גֶּשֶׁם fuit pluuia. 2. Reg. 5.1, הָיָה אִישׁ fuit vir. Irme. 52.6, & non הָיָה לֶחֶם fuit panis. Deut. 20.6, Qui נָטַע כָּרֶם plantauit vineã. Ieſah. 11.
5, וְהָיָה צֶדֶק & erit iuſtitia. Et 21.12, אָתָא בֹקֶר venit mane. Et 26.10, non לָמַד צֶדֶק didicit iuſtitiam. Et 40.26, quis
בָּרָא אֵלֶּה creauit hæc. Hamós 6.10, וְאָמַר אַפֵּס & dicet, finis. Iechez. 30.4, וּבָאָה חָרֶב & veniet gladius. Sunt &

nonnulla longa, quáuis non ſint iuncta monoſyllabo, aut dictioni lõgæ, vt Gen. 43.7, שְׁאַל־הָאִישׁ interrogauit vir. 2. Reg. 7.6, שָׂכַר־עָלֵינוּ mercede cõduxit aduerſũ nos.

פָּעַלְתָּ 21

Secunda perſona maſculini eſt cum camés, pathách ſceuá, & camés, & ת ſigno ſecundæ perſonæ in quolibet binián: éſtque lõga in ſingulis binianím: vt פָּעַלְתָּ operatus es. Exod. 7.16, nõ שָׁמַעְתָּ audiſti. 1. Semu. 13.13, Nõ שָׁמַרְתָּ ſeruaſti præceptum Domini. Sed in ſoph paſſúc & cum athnách, pathách mutatur in camés, & eſt longum tam cum ו, quàm ſine ו copulatiuo cum prædictis accentibus: vt Pſal. 104.1, Et honoré וְלָבַשְׁתָּ induiſti. Deut. 8.10, comedes, וְשָׂבַעְתָּ & ſaturaberis. Iechez. 32. 24 19, quo נָעַמְתָּ pulchruiſti. Excipiuntur tamen nõnulla quæ ſunt cum pathách, vt Pſal. 102.26, terram יָסַדְתָּ fũdaſti. Et 9.7, ciuitates נָתַשְׁתָּ eradicaſti.* 1. Sem. 17.45, cui חֵרַפְתָּ exprobraſti? Sed quando ei iungitur ו copulatiuum, quòd præteritum vertit in futurum, tunc efficitur breuis communiter: vt וְשָׁמַעְתָּ & audies vocem ei'. Et 14.26, וְשָׂמַחְתָּ & lætaberis tu. & ſimilia multa. hoc autem fit in ſingulis binianím. Sunt tamen nõnulla longa, vt 2. Semu. 9.10, וְעָבַדְתָּ & coles ei terram.

Interdũ poſt ת, eſt ה quieſcẽs in omni binián. Gene. 3. 12, נָתַתָּה dediſti. Et 21.23, גַּרְתָּה־בָּהּ peregrinatus es in ea.

Et cum chólem, יָגֹרְתָּ timuiſti, Deu. 28.60.

פָּעַלְתִּי 13

Prima perſona eſt cum camés, pathách, ſceuá, & chiríc: ת autem & י primam denotant perſonam cõmunis generis: éſtque longa. vt Pſal. 122.1, שָׂמַחְתִּי lætatus ſum. 1. Sem. 2.1, שָׂמַחְתִּי lætata ſum in ſalutari tuo. Et ſic יָכֹלְתִּי potui, Pſal. 40.13. Et יָגֹרְתִּי timui, Pſal. 119.39. Et cũ athnách, & ſoph paſſúc, pathách (vt in ſecunda perſona) mutatur in camés, vt Pſal. 119.30, Viã veritatis בָּחָרְתִּי

elegi. Iesah. 44. 8, quem nō יָדַעְתִּי cognoui. Excipiuntur quædam quæ sunt cum pathách, vt Genes. 18. 13, Et ego וְקָנֹתִי senui. Et 27. 2, ecce nunc וְקָנֹתִי senui. Psal. 35. 15, & non יָדַעְתִּי cognoui. Prouer. 24. 30, per agrum hominis pigri עָבַרְתִּי transiui. Psal. 88. 14, Et ego ad te Domine שִׁוַּעְתִּי clamaui. Nechem. 5. 14, panē ducis non אָכַלְתִּי comedi. Psal. 26. 1, Et ego in perfectione mea הָלַכְתִּי ambulaui. Prouer. 30. 9, Ne forte paupertate affect' וְנִנַּבְתִּי furer. Iiób 9. 22, Idcirco אָמַרְתִּי dixi. Et 34. 5, Quia dixit Iiób, צָדַקְתִּי iustificatus sum. Et cum ו copulatiuo, efficitur (vt secūda persona) breuis, vt Exod 22. 27, וְשָׁמַעְתִּי & audiam. Et 23. 28, וְשִׁלַּחְתִּי & mittam crabronem. Excipiuntur nonnulla quæ sunt longa, vt Leuit. 10. 19, וְאָכַלְתִּי & comedā peccatum (id est peccati hostiam) hodie. Prouerb. 30. 9, quod paulo suprà citaui. Iechez. 17. 21, וְלָקַחְתִּי & capiam ego. 24 22

Tertia persona pluralis communis generis, & breuis, est cum camés, & sceuá (vel sceuá & pathách, si est gutturalis litera) & ו cum scurēc significante tertiam pluralis in quolibet binián, vt שָׁמְעוּ audierunt, Exod. 15. 14. Et 12. 6, שָׁחֲטוּ & iugulauerūt. Irme. 2. 5, רָחֲקוּ elongauerunt. Cum athnách autem, soph passūc, & zachéph, & interdum cum tharchá, & reuiah, sceuá mutatur in camés. Quòd si veniant à פָּעַל cum sēri, sunt cū sēri. Interdum etiam habent daghés euphoniæ, aut decoris gratia. Ionah 2. 4, super me עָבְרוּ transierunt. Iesah. 22. 3, procul בָּרְחוּ fugerunt. Et 31. 1, Dominum nō דָּרְשׁוּ quæsierunt. Psal. 20. 9, וְנָפְלוּ & ceciderunt. Iesah. 19. 6, קָמְלוּ exciderūt. 2. Semu. 1. 23, leonibus גָּבְרוּ fortiores fuerunt. Psal. 38. 19, Inimici mei viuentes עָצְמוּ roborati sunt. Iesah. 9. 20, & non שָׂבְעוּ saturati sunt. Et

פָּעֲלוּ 26

cum reuíah coniuncto fini verſus, in Pſalmis, Iiob & Parabolis, eſt cum camés interdum, vt Pſal. 9.16, In re-
26 ti quod טָמְנוּ abſconderunt. Interdum etiam cũ tharchá, eſt cum camés: vt 1. Reg. 20.18, אִם־לְשָׁלוֹם יְצָאוּ Si pro pace egreſſi ſunt &c. וְאִם לְמִלְחָמָה יְצָאוּ & ſi ad bellũ egreſſi ſunt. Et Ieſah. 16.8, Vſque ad Iahazér נָגְעוּ peruenerunt. Et cum teuir, vt Irme. 9.3, quia de malo ad malũ
27 יָצְאוּ egreſſi ſunt. Quæ autem veniunt à פָּעַל cum chólem, ſunt cum chólem etiã in athnách & ſoph paſſúc. Ionáh 1.12, & non יָכְלוּ potuerunt. Ieſah. 64.3, Mõtes נָזֹלוּ defluxerũt. quod eſt cum daghés ob decorem: vt & Iudic. 5.7, In Iſraél חָדְלוּ ceſſauerunt. Et cum ן in fine, Deut. 8.16, Non יְדָעוּן nouerunt.

פְּעַלְתֶּם Secunda verò perſona pluralis maſculini eſt cũ ſceuá, pathách, ſceuá, & ſeghól, & ת & ם, quæ ipſam ſecun-
32 dam perſonam pluralem maſculinam ſignificant in quolibet binián: éſtque ſemper breuis tam cũ ו, quàm ſine ו. Irme. 7.13, Et non שְׁמַעְתֶּם audiſtis. Leuit. 23.40, וּשְׂמַחְתֶּם & lætabimini. Deut. 11.8, וּשְׁמַרְתֶּם & cuſtodietis.
33 Inuenitur & ſecunda radicalis cũ ſegól, 1. Semu. 12.13, quem שְׁאַלְתֶּם poſtulaſtis. Iiób 21.29, Nunquid nõ שְׁאַלְתֶּם interrogaſtis. Et cum chiríc, Deut. 11.31, וִירִשְׁתֶּם & hæreditabitis eam. Scripſit autem R. Iahacób filius Elhazár hæc eſſe à שְׁאַל יָרַשׁ cum ſéri, quòd ſéri, ſeghól & chiríc ſint propinqua, vnúmque ponatur vice alterius: ſed quæ ſunt à פָּעַל, ſemper eſſe cum pathách.

פְּעַלְנוּ Cæterum prima perſona pluralis communis generis, eſt cum camés, pathách, ſceuá, & נ & ו cum ſcuréc,
34 ſempérque lõga, tã cũ ו, quàm ſine ו: ſed in ſoph paſſúc & cũ athnách, pathách mutatur in camés, vt & in aliis binianím: paucis exceptis. Deuter. 2.15, הֻמְּנוּ ambu-

lauimus de Cadés barnéah, donec עָבַרְנוּ tranſiuimus.

Tertia verò perſona ſingularis fœminei generis eſt cum camés, & ſceuá (vel ſceuá pathách, ſi fuerit litera gutturalis) & camés, & ה quieſcente fœminei generis ſigno: éſtque breuis: niſi ſequatur monoſyllabũ, vel dictio lõga. Leuit. 5.1, וְשָׁמְעָה & audiuerit. Proue. 31.13, דָּרְשָׁה quæſiuit lanam. Et 26, os ſuum פָּתְחָה aperuit. Et 18, טָעֲמָה guſtauit. Et cũ monoſyllabo, Prouer. 16.26, עָמְלָה laborauit ſibi. Pſal. 123.4, שְׂבְעָה־לָּהּ ſaturata eſt ſibi. פָּעֲלָה 35

In ſoph paſſúc autẽ & cũ athnách, ſceuá mutatur in camés, & efficitur longa. Ieſah. 41.17, & lingua eorũ in ſiti נָשְׁתָּה defecit. quod eſt dagheſſatum euphoniæ gratia. Pſal. 76.9, שָׁקְטָה quieuit. Ieſah. 46.2, Anima eorũ in captiuitatẽ הָלְכָה iuit. Et 102.19, מָשְׁלָה dominata eſt. Et cum zachéph, Iechez. 23.8, nó עָזְבָה dereliquit. A פָּעַל autem mutatur ſceuá in ſéri. Eſter 8.15, וְשָׂמְחָה & lætata eſt. Prouer. 2.17, pacti Dei ſui שָׁכְחָה oblita eſt. 10.14

Inuenitur & cum ת fœmineo, Deut. 32.36, אָזְלַת יָד abiit manus. vel virtus. Sed illud Leuit. 25.21, וְעָשְׂתָה & faciet fructum: in pleriſque libris (teſte R. Dauíd) eſt cum camés, & ita legunt filii Naphthali, pro וְעָשְׂתָה: & quia eſt ſine ה, punctatura ת remanſit in שׂ. 35 36

Secunda verò perſona ſingularis fœminea eſt cum camés, & pathách, & ſceuá, & ת cum ſceuá & daghés, quod ſecundam fœmineam denotat perſonam, éſtque longa: vt זָכַרְתְּ recordata es, Ieſah. 47.7. Et Ruth 2.14, וְטָבַלְתְּ & intinges buccellam. Et cũ athnách & ſoph paſſúc, יָגַעְתְּ laboraſti, Ieſah. 47.15. Quòd ſi vltima litera radicalis fuerit gutturalis, erit cũ pathách, vt Ruth 2.8, Núquid שָׁמַעְתְּ audiſti? 1. Reg. 14.3, וְלָקַחְתְּ & accipies in manu tua. Ieſah. 47.12, יָגַעְתְּ laboraſti. פָּעַלְתְּ 42

פְּעַלְתֶּן 43

Secunda perſona pluralis fœminea punctatur vt ſecunda maſculini, cum ſceuá, pathách, ſceuá, & ſeghól: & tantũ in hoc differt, quòd pro ם, habet ן. vt פְּעַלְתֶּן operatæ eſtis, עֲשִׂיתֶן feciſtis, Iechez. 33.26.

Participii tam actiui quàm paſſiui punctatura. CA. VIII.

פּוֹעֵל 43

PArticipium actiuum ſingulare tam tertiæ quàm ſecundæ & primæ perſonæ maſculini, punctatur cum chólem & ſéri. Et hannách, id eſt quieſcens, quod eſt ו, quandoque ſcribitur inter primam & ſecundam radicalem, interdum non ſcribitur. Secunda etiam radicalis inuenitur cum chiríc. Eſt autem ſemper breue, etiam iunctum monoſyllabo, & dictioni longæ, vt à nomine differat longo, cuiuſmodi eſt קֹדֶשׁ ſanctificatio, & idgenus. Pſal. 15.2, הוֹלֵךְ תָּמִים וּפֹעֵל צֶדֶק וְדֹבֵר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ Ambulans perfecte, & operans iuſtitiã, & loquens veritatẽ in corde ſuo. Et 37.24, Dominus סוֹמֵךְ ſuſtentat manũ eius. Hamós 1.5, וְתוֹכֵךְ & tenentẽ ſceptrum. Prouer. 13.3, נֹצֵר cuſtodiens os ſuum, שֹׁמֵר cuſtodit animam ſuã.

Et cum chiríc, vt Pſal. 16.5, תּוֹמִיךְ ſuſtentans ſortem meam. Ieſah. 29.14, & 38.5, ego יוֹסֵף addo ſuper dies tuos.

Quòd ſi vltima litera fuerit gutturalis, tunc oritur hannách in lectione inter ſecundã & tertiam literam, quæ eſt in potentia regalis puncti, & ipſa gutturalis litera punctatur cum pathách, vt Pſal. 141.7, ſicut פֹּלֵחַ & בֹּקֵעַ ſcindens & findens. Irme. 13.19, פֹּתֵחַ aperiens. Prouerb. 22.8, זוֹרֵעַ ſeminans. Et 17.18, תֹּקֵעַ plaudens.

44 Interdũ tamen vt leuior ſit pronuntiatio, ſequente litera gutturali, ſecunda eſt cum pathách, vt Leuit. 11. 7, וְשֹׁסַע & findẽs vngulam. Pſal. 94.9, הַנֹּטַע nunquid plãtãs aurem &c. Ieſah. 42.5, רֹקַע extendens terram. Et 51.

רֹגַע, scindens mare. Illud autẽ Deut. 32. 28, אֹבֵד עֵצוֹת perdens consilia: est cum pathách, quanquam tertia non sit gutturalis. Redundat etiam nonnunquam ה 46
in fine, quoniam dictio est longa, nec est fœmineum signum, vt Hose. 7. 4, omnes adulterantes כְּמוֹ תַנּוּר בֹּעֵרָה sicut clibanus ardens. תַּנּוּר enim est masculeum, vt habes Leuit. 11. 35, תַּנּוּר וְכִירַיִם יִתֹּץ clibanus & chitropodes destruetur. Secundum R. Dauíd in Michlól, interdũ 47
venit cum י redundante in fine, vt אֹסְרִי ligans, Genes. 49. 11: שְׁכֻנִי habitans, Irme. 49. 16: הַיּוֹשְׁבִי habitans, Psal. 123. 1: quæ tamen alii dicũt esse nomina toarím, vt primo libro dictum est. Notandum est autem, nonnulla esse verba quæ tam actiuo, quàm passiuo carent participio, vt קָרַב Appropinquauit, רָחַק elongauit, קָטַן minor fuit, גָּבַר roborauit, חָזַק fortificauit, חָכַם sapuit, aut sapiẽs fuit, רָשַׁע impius fuit, aut impie egit, סָכַל stultus fuit, aut stulte egit, צָדַק iustus fuit, יָכֹל potuit. Non enim inuenies in Scriptura קָרֵב קָרוּב, aut רָחֵק רָחוּק, & sic de aliis: licet in Misnáh inueniatur יָכוֹל יְכוֹלִים יְכוֹלָה יְכוֹלוֹת Neque etiam in Scriptura inuenitur רָכוּב vt in Misnáh, sed duntaxat רֹכֵב equitans, verum Talmudistæ vtũtur vtroque, cum tamẽ alterum sufficiat. idem enim significat רֹכֵב & רָכוּב, cum sit intransitiuum verbum. Vnde illud Exod. 15. 1, וְרוֹכְבוֹ exponitur, & equitãs in eo, vel super eum. Et in his, nomen tóar venit loco participii actiui & passiui, vt קָרוֹב propinquus, רָחוֹק longinquus, & sic in aliis. Alia verò sunt quæ carent participiis passiuis, vt verba intrãsitiua, quorũ actio manet in agentibus, & non transit in aliud: & ita sunt & actiua & passiua. Ex נָפַל cecidit, עָמַד stetit, הָלַךְ ambulauit, non dicimus נָפוּל עָמוּד הָלוּךְ, sed נוֹפֵל עוֹמֵד הוֹלֵךְ, quæ sunt

actiua & passiua. Idcirco nō est opus vt dicamus נָפוּל, & sic de aliis intransitiuis. Sunt tamen nonnulla quæ habēt nomina toarím participiis similia, vt שָׁכֵן habitator à שָׁכַן: & בָּטֻחַ fisus, à בָּטַח: & בָּרוּךְ benedictus, à בָּרַךְ: & עָצוּם fortis, ab עָצַם intransitiuo.

פּוֹעֲלִים 48 Cæterum participium plurale masculinum est cum chólem, & sceuá (vel sceuá pathách, si fuerit litera gutturalis) & chiric, cum י & ם, quæ communiter sunt masculini signa, vt primo libro dictum est. פּוֹעֲלִים operantes, זֹרְעִים serentes, שְׁבָרִים conterentes, שֹׁכְעִים audientes. In regimine autem genitiui remouetur ם, & י remanet, punctata tertia litera cum sére, vt עוֹבְרֵי trāseuntes, פּוֹעֲלֵי operantes, זֹרְעֵי seminantes. Interdum tamen deficit ם in fine, vt dictū est Libro II. Cap. XIIII. י quoq; interdū deficit tam in actiuis, quā in passiuis, vt Iesah. 40.31, וְקוֵי expectantes Dominū. pro וְקוַיֵי. Et Irme. 38.11, בְּלוֵי inueterati. pro בְּלוַיֵי.

פּוֹעֲלָה 57 Participium fœmineum singulare punctatur cum chólem, sceuá (vel sceuá pathách, si fuerit litera gutturalis) & camés, & ה signo fœmineo, vt פּוֹעֲלָה operās: vel cum chólem, & duobus segholín, & ת fœmineo signo, vt פּוֹעֶלֶת operans. Prius est breue, nisi sequatur monosyllabum, aut dictio longa: alterum verò est longum. In soph passúc autem, & cum athnách, primùm seghól mutatur in camés, paucis exceptis. Quòd si vltima litera fuerit gutturalis, secunda & tertia erit cū pathách, etiam cum prædictis accentibus, & ת signum fœmineū in fine. vt Iesah. 48. 10, Et brachium eius לוֹ מָשְׁלָה dominabitur ei. Psal. 111.10, Et עֹמֶדֶת stans. vel stat. Eccles. 1.4, Terra autem in seculum עֹמֶדֶת stat. Iehos. 2.15, Et in muro ipsa יוֹשֶׁבֶת manebat. aut habitabat. Et cum se

ghól præter normam in ſoph paſſúc,& cum athnách, vt 1.Paral.7.18,& ſoror eius הַמּוֹלֶכֶת quæ regnabat.Ruth 4.16,Et fuit ei לְאֹמֶנֶת in nutrientem.i. nutricem. Hamós 9.11,Tabernaculum Dauíd הַנֹּפֶלֶת quod cadit. Et cũ pathách,vt Geneſ. 16.8, A facie Sarai dominæ meæ ego בֹּרַחַת fugio. quod eſt in ſoph paſſúc. Et 18.10,& Saráh שֹׁמַעַת audiebat.Leuit.11.3, וְשֹׁסַעַת & findẽs.Pſal.139. 14, & anima mea יֹדַעַת cognoſcit. Et cum י redundãte in fine,ſecundum R. Dauíd in Michlól, vt Michàh 7.8,Ne læteris אֹיַבְתִּי לִי inimicãs mihi.Hoſe. 10.12, אֹהֲבָתִי לָדוּשׁ diligens triturare. In his י redũdat, eo quòd ſunt lóga :quippe ſi י eſſet pronominis ſignũ,accentus eſſet in ת. Præterea, in אֹהֲבָתִי nulla ratione eſt pronomen, ſed in אֹיַבְתִּי aliqua ratione poteſt eſſe pronomen.nam fieri poteſt vt י ſit pronomen, quanuis ſit longum.eſt enim lõgum propter לִי dictionem paruam,* licet hæc non cadat ſuper illã,quòd illa ſit cũ duobus paſethín,vt & Michàh 7.10, וַתֶּרֶא אֹיַבְתִּי & aſpiciet inimica mea:quæ eſt cum duobus paſethín, neque iũcta dictioni paruæ. 58

Venit & cum ſeri inſtar maſculini,vt Irme.3.8,Et nõ timuit בֹּגֵדָה præuaricans Iehudáh ſoror eius.Cant.1.6, poſuerunt me נֹטֵרָה cuſtodientem vineas.Ieſah. 34.9, Et erit terra eorum in picem בֹּעֵרָה ardentem.Et 21.3,ſicut anguſtiæ יוֹלֵדָה parturientis. Michàh 4.6, Congregabo הַצֹּלֵעָה claudicantem.Ieſah.29.6,Et flamma ignis אֹכְלָה deuorantis.vel conſumentis.Pro בּוֹגֵדָה,& ſic alia. 59

Plurale fœmineum eſt cum chólem,& ſceuá(vel ſceuá pathách,ſi fuerit litera gutturalis) & chólem,& ו & ת,quæ communiter ſunt fœminei pluralis ſigna.Pſal. 122.2, עֹמְדוֹת Stantes erant pedes noſtri.Et 31.19, הַדֹּבְרוֹת quæ loquuntur. פּוֹעֲלוֹת 60

פָּעוּל 61 PArticipiũ paſſiuum ſingulare maſculinum, eſt cũ camés & ſcuréc: éſtque ſimiliter tertiæ, ſecundæ, & primæ perſonæ: & ו inter ſecundam & tertiam literam quandoque ſcribitur, interdũ non ſcribitur. præterea in regimine genitiui camés mutatur in ſceuá: vel in ſceuá pathách, aut in ſceuá ſeghól, prima exiſtẽte gutturali, vt Pſal. 5.10, פָּתוּחַ apertum. Et 112.8, סָמוּךְ coniunctũ. Et 7, בָּטֻחַ fiſus. pro confidens. Irme. 6. 23. עָרוּךְ paratus. Pſal. 31.22, בָּרוּךְ benedictus. Et in regimine, Geneſ. 62 24.31, Ingredere בְּרוּךְ benedicte Domini. Ioél 2.5, עֲרוּךְ præparatus bello. Hoſe. 4.17, חֲבוּר coniunctus idolorũ Ephráim. Sed הֶחָגוּר accinctus armis bellicis, Iudic. 18. 17: & חָגוּר accinctus ephód, 1. Semu. 2.18: & לָבֻשׁ indutus coccino, Prouerb. 31.21: & לָבוּשׁ indutus veſtib' ſordidis, Zecha. 3.3: & לָבֻשׁ indutus lineis, Iechez. 9.2: & 2. Semu. 15.32, קָרוּעַ ſciſſus tunica ſua: non ſunt in regimine, ſed ſubauditur in ſingulis ב præpoſitio pro in, teſte R. Dauíd in Michlól.

פְּעוּלִים 62 Plurale maſculinum eſt cũ ſceuá (vel ſceuá pathách, ſi fuerit litera gutturalis) & ſcuréc, & י & ם. In regimine autem manente י, remouetur ם, & tertia eſt cum ſeri: vt דְּרוּשִׁים quæſiti, Pſal. 111.2. גְּאוּלִים redempti, Iſah. 35. 9. גְּאוּלֵי יְהוָה redempti Domini, Pſal. 107.2.

פְּעוּלָה 63 Participium ſingulare fœmineum eſt cum ſceuá, & ſcuréc, & camés, & ה ſigno fœmineo, quod in regimine mutatur in ת, & camés in pathách: vt שְׁבוּרָה confracta, פְּעוּלָה facta. Et in regimine, Ieſah. 54.6, וַעֲצוּבַת רוּחַ & dolore affectam ſpiritu vocaui te. Et 51.21, וּשְׁכֻרַת & inebriatam, (ſubaudi anguſtiis,) & non á vino. aut ponitur vice וּשְׁכֻרָה, vt ſit ת pro ה. Et cum י redúdãte in fine, vt Gene. 31.39, גְּנֻבְתִּי furatũ diei. paſſiue. i. furto abla-

66

tũ. Quippe si ו esset pronominis signũ, כ esset cũ camés.

Participium verò plurale fœmineum est cum sceuá, & scurec & cholem, & ו & ת, quæ sunt pluralis fœminei signa: vt פְּקוּדוֹת Visitatæ, שְׁבוּרוֹת fractæ, פְּעוּלוֹת factæ. פְּעוּלוֹת

Macór, eiúsque varietas, siue punctatura. CAP. IX.

MAcór, id est infinitiuum, & gerũdium, quod proprie est nomen, vt dictum est Lib. 11. Cap. v 1, tribus communiter variatur modis. Quandoque punctatur cum camés, & chólem: interdúmque scribitur ו, interdũ non scribitur. vt פָּנוֹשׁ occurrere vrso, Prouerb. 17. 12. דָּרֹשׁ quærere, aut quærendo, Leuit. 10. 15. עָנוֹשׁ puniendo, Exod. 21. 22. שָׁמוֹר custodiendo, Deut. 6. 17. Quòd si vltima fuerit gutturalis, erit cũ pathách, vt פָּסוֹחַ transiliendo, Iesah. 31. 5. פָּרֹחַ florendo, germinando, Iesah. 35. 2. Inuenitur semel & cum ו redundãte, Hezræ 10. 17, לְדָרְוֹשׁ ad quærendum rem. pro לְדָרוֹשׁ. Interdum verò est cum sceuá (vel sceuá pathách, si fuerit litera gutturalis) & chólem. quòd si vltima fuerit gutturalis, erit cum pathách. vt קָצוֹף iratsci, שָׁמוֹעַ audire, audiendo, עָנוֹשׁ dãnare, Prouer. 17. 26. Et cum literis בְּכֹלֹּ, vt בְּשָׁמוֹעַ in audiẽdo, כִּשְׁמֹעַ cum audisset, Genes. 29. 13. לִשְׁמֹעַ audire, Leuit. 26. 21. לִשְׁמֹר ad custodiendum, Gene. 3. 25. מִקְּצֹף ab iratscẽdo. i. vt non iratscar, Iesah. 54. 9. Cum maccáph autem conuertitur chólem in camés chatéph, vt Iesah. 54. 9, וּמִגְּעַר־בָּךְ & ab increpando in te. i. ne increpẽ te. Gen. 36. 31, לִפְנֵי מְלָךְ מָלַךְ antequam regnaret rex. Prouerb. 21. 11, בְּהֵעָנֵשׁ־לֵץ cũ multauerit (sub. iudex) derisorẽ. Quãdoque verò est cũ sceuá & pathách, vt Gene. 34. 7, לִשְׁכַּב vt dormiret (vel rem haberet) cum filia Iahacób. Iesah. 58. 9, שְׁלַח extẽdere digitum. 1. Reg. 1. 21, בְּשָׁכְבָ cum dor- פָּעוֹל 66 66 68. 371 66 67 68

67 mierit dominus meus rex. Inuenitur & cum camés & ſeri, vt Gene.26.13,& ambulauit, וַיֵּלֶךְ וְנָדֹל eũdo, & creſcẽdo. Exod.12.9, וּבָשֵׁל & coquendo coctum aqua. quãquam dici poteſt eſſe nomina toarím, teſte R. Da-
68 uíd. Venit etiá cum י redundante in fine, ſecundũ R. Dauíd in Michlól, vt Pſal.113.8, לְהוֹשִׁיבִי vt ſedere faciat cũ principibus. pro לְהוֹשִׁיב. quãquam nõ ſit huius
68 coniugationis. Et cũm ה in fine, prima radicali cum camés chatéph exiſtente, ſunt multa, vt Exod.29. 29, לְמָשְׁחָהּ ad vngendum. Et 30.18, לְרָחְצָה ad lauandum.
69 Deut.30.20, וּלְדָבְקָה־בּוֹ & vt adhæreas ei. Et præter normã, ſecunda cum camés chatéph euphoniæ cauſa, vt Iechez.8.6, לְרָחֳקָה vt elongaretis à ſanctuario meo. Et prima cum ſuréc, vt Iechez.16.5, לְחָמְלָה vt parcat tibi. Et חָמְצָה fermentare, Hoſe.7.4, עַד־חָמְצָתוֹ vſque ad fermentare ſuum.i. donec fermentetur ipſa. vel fermentet ſe. Quæ autem ſunt cum camés chatéph, vel cũ ſuréc, veniunt à פָּעֹל cum chólem. Quæ verò veniunt à פָּעַל cum pathách, & habẽt ה in fine, primã habent cum chiríc, niſi ſit gutturalis, quia tunc eſt cum pathách vice chiríc, vt Leuit.20.16, לִרְבָעָה אֹתָהּ ad coeundum cum illo. Deuter.28.58, לְיִרְאָה vt timeas nomen glorioſum.
70 Leuit.6.7, לְאַשְׁמָה בָהּ vt delinqueret in eo. Et ſecũda exiſtente gutturali, prima eſt cum pathách, & ſecunda (vt dilatetur) eſt cũ ſceuá & pathách, vt Pſal. 119.20, Contrita eſt anima mea לְתַאֲבָה deſiderando. Irme.31.12, Non addent לִרְאָבָה dolere. ſiue vt doleant. Hoſe. 5.2, וְשַׁחֲטָה & iugulare. Et cũ zachéph, prima cũ ſceuá, & ſecũda cum camés, vt שְׁאָלָה interrogare, Ieſah.7.11. Vel dic quòd eſt imperatiuũ, vt illud Dani.9.19, Domine שְׁמָעָה audi, Domine סְלָחָה parce. Venit etiam cũ ן in

fine, quanquam nō ſint ex perfectis, vt Eſter 8.6, בְּאַבְּדָן in perdendo cognationem meam. ד cum pathách. Et 9.5, Et occidere וְאַבְּדָן & perdere. quod eſt ex cōiugatione pihél haddaghús, pro אַבְּדָן, ב cū daghés, ſed eſt lene ſicut & alia nonnulla, vt ſuo loco ſumus dicturi. Et ſic Pſal. 85.4, Auertiſti (vel quieſcere feciſti) מֵחֲרֹן ne iraſceretur, furorem tuum.

Imperatiui varietas, ſiue punctatura. CAP. X.

פְּעוֹל 71

IMperatiuū ſingulare maſculinū interdum eſt cum ſceuá & chólem, quandoque cū ſceuá & pathách. Quòd ſi prima litera fuerit gutturalis: cum ſceuá pathách. ſi verò vltima fuerit gutturalis, erit cū pathách. vt שְׁמַר ſerua, cuſtodi, Iiób 2.6. וְעֲזֹב & derelinque, Pſal. 37.8. חֲגֹר accinge, Pſal. 45.4. Cum maccáph, chólem mutatur in camés chatéph, vt זְכֹר־לִי memento mei, Pſal. 25.7, סְעָר־נָא ſuſtenta quæſo, Iudic. 19.8. Et cum camés & chólem, 67
vt תְּמֹךְ ſuſtenta, Pſal. 17.5. שְׁמֹר cuſtodi, Deut. 5.12. Vel dic eſſe infinitiua vice imperatiuorum.

Et cum ſceuá, vel chatéph ſeghól, & pathách: vt שְׁלַח 72
mitte, Pſal. 43.3. Et cum athnách & ſoph paſſúc, & zachéph, pathách mutatur in camés, vt 1. Sem. 3.5, Reuertere, שְׁכָב dormi. Et 6, reuertere, שְׁכָב dormi. Prouerb. 6.6, וֶחְכַּם & ſape. aut ſapiens eſto. Ruth 4.4, Si redemeris גְּאַל redime. Iehoſ. 1.9, חֲזַק וֶאֱמַץ confortare, & roborare. Deut. 5.27, קְרַב אַתָּה וּשְׁמַע appropinqua tu, & audi. Et ſecundum Hāmaſóreth, quinque ſunt cum zachéph cameſſata, Nume. 23.18, Surge Balác, וּשְׁמָע. Deut. 5.27, vt ſuprá. 2. Reg. 19.16, וּשְׁמָע & audi. Ieſah. 37.17, Inclina Domine aurem tuam, וּשְׁמָע & audi. Daniel 9.18, Inclina Deus meus aurem tuā, וּשְׁמָע & audi. Et cum ſeghu- 73

láh poſt zarcá,1.Semu.3.9, Et dixit Helí ad Scemuél, לֵךְ שְׁכָבْ vade,dormi. Inuenitur etiam ſine prædictis accentibus cum camés,vt Iudic.19.5, סְעָד ſuſtenta cor tuũ buccella panis.

Sunt & multa cum camés chatéph, & ה in fine, vt קָרְבָה accede ad animam meam.pro קָרֵב אֶל־נַפְשִׁי,Pſal.69.19.Et Nechem.5.19, זְכָרָה־לִּי memento mei.1. Paral.29.18,שָׁמְרָה וְאֶת cuſtodi hanc. Interdum protrahitur prima cum accentu, & vertitur in camés latum, vt Pſal.86.2,שָׁמְרָה cuſtodi animã meam. Ieſah.38.13, Domine עָשְׁקָה־לִּי vim fac mihi. Quòd ſi ſecũda fuerit gutturalis,veniet cum chólem loco camés,dilatationis gratia:vt Nume.23.7,וְעָמָה deteſtare Iſrael.

73 At פָּעַל cũ pathách,ſi venerit cum ה,prima eſt cũ chiríc,vt שְׁכָבָה dormi,Gen.39.7.שִׁלְחָה mitte,1.Sem.16.11. שִׁמְעָה audi,Pſal.17.1. Et ſi habuerit athnách,vel ſoph paſſúc, aut zachéph,prima eſt cum ſceuá, reliquæ verò ſunt cum camés,vt וְסַעֲרָה & confortare,1.Reg.13.7.1 eſt cum maarích,& ם cum ſceuá,in quibuſdam verò codicibus ם eſt cum camés chatéph, teſte R. Dauíd in lib. rad. Itẽ שְׁאֵלָה pete, Ieſah. 7.11. & יְרֻשָּׁה hæredita,Deut. 33.23.& סְלַח parce,Daniel 9.19.Et ſine prædictis accẽtibus, vt שִׁמְעָה audi,Dan.9.19,ſed ſunt cũ accentu ſuſpẽſiuo,& longa omnia.Excipitur illud Pſal.9.19,paulo ſuprà memoratũ. Et 41.5, רְפָאָה ſana animam meã. Et 141.3, נְצֹר Cuſtodi ſuper pauperem labia mea. pro נְצֹר a נָצַר. Et מִכְרָה vende,Gene. 25.31. & Nume. 11.16, אֶסְפָה congrega mihi.Et Iób 33.5,עָרְכָה ordina.præpara.pro אֶסְפָה עֶרְכָה cum camés chatéph,quia ſunt a פָּעוֹל, hoc eſt ab אֶסּוֹף עָרוֹךְ.Vel ſeghól eſt loco chiríc,a פָּעַל. Inuenitur & cũ נ,Num.23.13,וְקָבְנוֹ־לִי & maledic eũ mihi.

Interdum imperatiuum non eſt velut imperiũ, ſed ironice dicitur, vt Eccleſ. 11.9, שְׂמַח Lætare iuuenis in adoleſcentia tua. perinde acſi dicat, Lætare iuuenis,& videbis quæ in nouiſſimo tuo eueniẽt tibi. Sic & illud Thren.4.21,Gaude,& lætare filia Edõ. Et Hamós 4.4, Ingredimini Bethél, & præuaricamini. Sic etiam exponunt plærique illud Iechez. 20.39, Vnuſquiſque ad idola ſua ite, colite. At R. Dauíd contrà:nã dicit eſſe hoc tanquam imperium,acſi dicat,Melius eſt vt duntaxat idola veſtra colatis,non autem munera veſtra afferatis mihi colẽdo idola veſtra:quia hoc eſt polluere nomen meũ. Vel eſt ſenſus, Erit quod futurũ eſt. vt ſi quiſpiam ſuo diceret ſodali, Perge quãtũ voles,facere quod facis,tibi non profuerit:vt Irme.7.21, Holocauſta veſtra addite ſacrificiis veſtris, & comedite carnẽ. 75 76

Aliquando imperium nõ dirigitur ad hominẽ certũ,ſed ad quẽuis,éſtque velut interpretatio.vt Gen.27. 27,Vide odorem filii mei.Irme.13.18, Dic regi,ac reginæ.Ieſah.40.6,Vox dicentis, Clama.Et 35.3, Roborate manus remiſſas. Et 4, Dicite inſipiẽtibus corde.Et 57. 14, Dicétque,Viam facite,viam facite.

Imperatiuum plurale maſculinum, eſt cum chiríc, ſceuá,& ſcuréc:vt מְשְׁכוּ Trahite, עִמְדוּ ſtate, עִבְדוּ ſeruite, רִגְזוּ iraſcimini, חִרְלוּ ceſſate, בִּרְחוּ fugite, שִׁפְטוּ iudicate. Quòd ſi ſecũda litera fuerit gutturalis,prima erit cũ pathách,& ſecunda cum ſceuá pathách:vt שַׁחֲטוּ Iugulate, רַחֲקוּ elõgate vos, טַעֲמוּ guſtate, סַעֲרוּ fulcite, רַחֲצוּ lauate. Tamen Iob 6.22, שְׁחֲדוּ donate. habet primã cũ chiríc licet ח ſit gutturalis. Aliquãdo prima eſt cum ſeghól, & ſecunda cũ chatéph ſeghól: vt אֶהֱבוּ diligite, אֶחֱזוּ capite.quanquam hæc non ſunt ex perfectis. Inuenitur & prima cum camés chatéph, vt חָרְבוּ deſola- פַּעֲלוּ 77 79 78

mini, Irm. 2.12. מָשְׁכוּ trahite, Iechez. 32.20. שָׁדְדוּ vastate, Irme. 49.28. Cum accentu autem athnách, & soph passúc, & zachéph, & tharcha accẽtu distinctiuo, est cũ chólem: vt גֹּזְרוּ diuidite, 1. Reg. 3.26. עֲמֹדוּ state, Nachũ 2.8. עִבְדוּ seruite, Iechez. 20.39. Quæ verò sunt à פָּעַל cũ pathách, cum accentu distinctiuo sunt cum camés: vt חֲדָלוּ cessate, Zechar. 11.12. וְקִרְאוּ & legite, Iesah. 34.16. Et 42.18, surdi שִׁמְעוּ audite. Et 29.9, וְתִמָּהוּ & admiramini. Et 48.14, וְשִׁמְעוּ & audite. Et 21.12, בְּעִיּוּ quærite.

פַּעֲלִי 79

IMperatiuum fœmineum singulare est cum chiríc, sceuá, & chiríc cum י in fine: vt שִׁכְבִי Dormi, לִבְשִׁי indue te, שִׂמְחִי lætare, שִׁמְעִי audi. Et secunda gut turali existente, prima est cum pathách, secunda cum sceuá pathách: vt וְטַחֲנִי קָמַח & mole farinam, Iesah. 47.2. Et prima cum seghól, vt חֶשְׂפִּי־שֹׁבֶל discooperi plãtam, Iesah. 47.2. Prima item cum seghól, & secũda cũ camés chatéph, vt וְאֶחֱזִי־בָהּ & tene illud, Ruth 3.15.

Legitur & prima cum camés chatéph, vt מַלְכִי regna, Iudic. 9.10. Et cum zachéph, וְשִׂמְחִי & lætare, Ioel 2.21.

Quandoque prima est cum camés chatéph ob decorem, & secunda cum camés lato, vt Iesah. 44.27, חָרְבִי desolare. Irme. 22.20, ascende Libane, וְצַעֲקִי & clama, cũ zachéph. Præterea cum chólem, vt Iesah. 23.12, surge 80 עִבְרִי transi. etiam cum zachéph, à פָּעוֹל. Postremo, prima cum camés lato, & secunda cũ camés chatéph euphoniæ gratia, 1. Sem. 28.8, קָסְמִי־נָא לִי diuina nũc mihi.

פְּעוֹלְנָה 80

IMperatiuũ plurale fœmineum est cum sceuá, pathách, sceuá, & camés, & ה in fine. Irm. 9.20, שְׁמַעְנָה audite mulieres. Et 49.3, צַעֲקָנָה clamate filiæ Rabbáh. Et secunda cum chólem, Irme. 49.3, חֲגֹרְנָה שַׂקִּים סְפֹדְנָה Accingite vos saccis, plangite. Interdum ה non scri

bitur, ſed remanet in pronuntiatione, vt קְרָאנִי vocate me Marà, Ruth 1.20. Et cum ן ſolo, Exod.2.20, קְרָאן לוֹ, vocate eum. (in quo ן eſt cum chiríc, vt diminuantur puncta: vt פִּקְדוּ פְקֻדִי.) Sic Gen.4.23, שְׁמַעַן audite vocem meam. Cum ה item ſolo, vt Ieſah.32.11, רְגָזָה commouete vos confidentes. quanquam ſunt qui dicant eſſe macór, teſte R. Dauíd in Michlól. Inuenitur etiam in voce maſculina, vt Ieſah.32.11, חֲרֵדוּ שַׁאֲנַנּוֹת pauete (aut contremiſcite) opulentæ. Quod factum eſt quoniã loquitur de populo qui erat in medio vrbiũ opulẽtarũ.

Futurum, & eius varietas, ſiue punctatura. CAP. XI.

אֶפְעֹל 81

PRima perſona futuri communis generis pũctatur cum ſeghól, & ſceuá, & chólem: intérque ſecundam literam radicalem & tertiam quandoque ſcribitur, quandoque non ſcribitur hannách, id eſt ו quieſcens litera, vt אֶשְׁמֹר Cuſtodiam, אֶזְכֹּר recordabor, אֶסְבֹּל portabo. Cũ maccáph autem, & ſequente monoſyllabo, aut dictione longa, chólẽ mutatur in camés chatéph, vt Pſal.89.29, אֶשְׁמָר־ לוֹ ſeruabo ei miſericordiã meam. Ieſah. 42.1, אֶתְמָךְ־בּוֹ ſuſtentabo eũ. Et ſic aliquando quũ aſſumit ה in fine, vt אֶשְׁקְטָה quieſcam, Ieſah.18.4. Et 27.4, אֶפְשָׁעָה בָּהּ gradiar cõtra eam. Pſal. 85.9, אֶשְׁמְעָה audiã. Et 78.2, אֶפְתְּחָה aperiã. quãquam nõnulli codices habent ſceuá. At cũ athnách & ſoph paſſúc, & aliis ſuſpenſiuis accentibus ſecunda radicalis eſt cum chólem, vt Chabac.3.18, in Domino אָעְלֹזָה exultabo. Pſal.59.10, אָשְׁמְרָה cuſtodiam. Et 55.7, Volabo, וְאֶשְׁכְּנָה & habitabo. vel requieſcam. 82 87 89

Eſt autẽ annotandum quòd ſunt quædã verba quæ futurum mittunt in chólem, aut pathách, vt נָדַד Elongauit, פָּעַל operatus eſt, שָׁבַת ceſſauit, חָפֵץ voluit, 82

טָרַף rapuit, בָּגַד ſpreuit, נָשַׁךְ momordit.

Quædam in pathách, vt שָׁכַב Dormiuit, רָכַב equitauit, רָפַד fulciuit, רָבַץ accubuit, גָּדַל creuit.

צור radicales. Et in מְרוּצָה cursus, מְשׁוּבָה cõuersio, remotis מ & ה accidentalibus, remanent רוץ שוב radicales literæ. Interdum autẽ in quiescentibus non sunt tres literæ radicales apparẽtes, siue actu, vt in prædictis: sed in potentia punctorum regalium, quæ habent in potentia literam quiescentẽ, vt sunt camés, séri, chirícu poſt ſe, cholem. vt זָרוֹן superbia, remotis ו & ן accidẽtalibus, remanet זר, & in potẽtia camés est ו: & sic זר est radix. Et in זָרִין superbus, remotis itidem ו & ן, remanet זר: & in potentia séri est ו, & ita radix est זר. Et in חֲנִפָּה cribratio, remoto vtroque ה accidentali, remanet נף: & in potentia camés est ו, & sic radix est נוף. Et in תַּאֲוָה desyderium, תְּעָלָה sanitas, remoto ת accidẽtali, remanẽt radicalia אוה עלה. Et in תַּבְנִית exemplar, תַּכְלִית consummatio, remoto vtroque ת, & י signo regalis puncti in cuius potentia est ה, remanent radicalia בנה כלה.

In defectiuis cõmuniter deficit נ aut י, quorũ vicem gerit daghés, vel regale punctum, vt in מַשׂוֹר serra, מָבוּעַ fons, remoto מ accidentali, & appoſito נ, quod est in potentia daghés, radicalia erunt נשר נבע. Et in מַתָּנָה donum, מַטָּרָה custodia, remotis מ & ה accidentalibus, & appoſito נ, quod est in potentia daghés, radicalia erunt נתן נטר. Et in מוֹשָׁב sepes, מוֹרָשׁ possessio, remotis מ & ו, & appoſito י, quod est in potentia cholem, radicalia sunt ישב ירש. Et in תּוֹכַחַת increpatio, remotis ת & ח accidentalibus, & appoſito י, quod est in potentia chólem, radicale est יכח. Et in שֵׁנָה somnus, דֵּעָה scientia, appoſito י quod est in potẽtia séri, & remoto ה signo fœmineo, radicalia sunt ישן ידע.

In geminatis verò perfectis, id est quæ tres habent radicales literas, non est errandi ansa: in aliis verò cõ-

ſiderandum eſt daghés quod vicem ſupplet deficientis literæ, vt in סְגֻלָּה volumen, תְּחִלָּה principium, remotis מ vel ת, & ה, accidentalibus literis, & appoſito ל quod eſt in potentia daghés, remanent radicalia חָלַל. Et in וּפַּחַד cogitatio, חִתָּה pauor, remoto ה ſigno fœmineo, & appoſitis מ & ת quæ ſunt in potentia daghés, radicalia ſunt וְסַם חֻתַּת. Et in עֹז fortitudo, חֹם calor, appoſitis ו & מ quæ ſunt in potentia cholem, radicalia ſunt עָוֶן חֹכֶם.

Præterea ſi à nomine verbum proficiſcatur, ex verbo ipſo poteris iudicare de nomine. Dicimus עָשׁ tineam, eſſe de geminatis, quia inuenimus Pſal. 31.11, Et oſſa mea עָשְׁשׁוּ corroſa ſunt. Et רָגָה piſcis, dicimus eſſe à רָגַה non ſolum quia in plurali non habet daghés, ſed etiã quia inuenimus Gen. 48.16, וְיִרְגּוּ, & creſcãt inſtar piſciũ. Et חֲרוֹן ira, dicimus eſſe à חָרָה verbo. Et תֵּבֵל orbis, dicimus eſſe à בָּלַל, & סְנֵרָה ſerra à צָרַר. Et חֻפָּה thalamus, non ſolũ ex daghés, ſed etiã quia inuenitur חֻפָּף, iudicamus eſſe de geminatis. Diſſyllaba dagheſſata oſtendunt monoſyllaba eſſe à geminatis, vt קַל & פַּת ex קַלִּים & פִּתִּים.

Ratio inueniendi radices verborum. CAP. V.

INuenire radices verborum perfectorũ, quæ tres habent ſemper radicales literas, nulla eſt difficultas in quocunque fuerint binián. remotis enim literis accidentalibus, vtputa quæ perſonas, aut genera, aut numeros, aut modos conſtituunt, vel quæ ſunt formatiuæ coniugationum, quæ remanent, ſunt radicales, vt perfacile eſt videre in ſingulis ſuprà memoratis binianim, ſeu coniugationibus. Particulatim tamen in verbis perfectis primæ & ſecundæ coniugationis, inuenta tertia perſona maſculini

præteriti, quæ nullas habet accidentales literas, inuenta est radix omnium ab ea deriuatorũ, cuiusuis personæ, generis, numeri, aut modi. Et sic in verbis quorum prima quæ est י, quiescit: aut vltima quæ est א vel ה, inuento prædicto præterito, aut etiam imperatiuo, quæ præter radicales, nullam habent deseruientem: vt פָּנָה respexit, & פְּנֵה respice, inuentis, iudicas radicem פָּנָה & וַיִּפֶן & respexit, esse פָּנָה. Et sic וַיֵּרֶד & descẽdit à יָרַד: & וַיֵּצֵר & formauit, à יָצַר: & וַיִּרְא & vidit, à רָאָה: & וַיַּעַשׂ & fecit, ab עָשָׂה. & ita in aliis.

Sed in verbis quorũ secunda quæ est ו, quiescit, iudicamus ex macór, vel futuro: in quibus est ו quiescens, de præterito & participio, in quibus ו est solũ in potẽtia puncti regalis camés. vt ex לָקוּם surgere, & לָשׁוּב conuertere: vel ex אָקוּם surgam, אָשׁוּב conuertar, iudicamus קָם surrexit, שָׁב conuersus est, קָם surgens, קָמִים surgẽtes, שָׁב conuersus, שָׁבִים conuersi, esse à קום שוב.

In geminatis verò, si inueniatur perfectũ, id est habens tres radicales literas, ex illo iudicamus de imperfectis & deficientibus: vtputa quia inuenimus קָלַל תַּמָּם, וְזָכַךְ סָבַב, iudicamus quòd קל וָךְ סַב, & alia prædictorũ verborum defectiua, sint ex geminatis, & sic de aliis, de quibus dictũ est Lib. III, Cap. XXXIIII. quãquã digno sci possint & ex punctatura pathách, quæ geminatorũ est propria, sicut camés est proprium verborũ quorũ secunda ו quiescit: & ex daghés, quod est in secunda radicali litera, vt קַלּוּ תַּמּוּ וְזַכּוּ סַבּוּ. quæ enim sunt cum huiusce modi daghés, sunt de geminatis. Futura etiam geminatorum, in binián niphál defectiua, per pathách discernuntur à futuris defectiuis quiescẽtium, vt suo in loco dictum est.

Est & alius cognoscendi modus communis nominibus & verbis, videlicet vt enitamur verborum ac no minum significata non ignorare. Agnito enim (exempli gratia) quòd נִיר est coxit, statim iudicamus quòd וַיֵּר & coxit Iahacób, Gene. 25. 29, à prædicto deducitur verbo. Cognito item quòd אָזֶן est auris, & verbum ab eo deriuatum, auribus percipere, aut aures inclinare: iudicamus illud Prouerb. 17. 4, Mendax מַזִּין (quanquam careat א) aures inclinat linguæ prauitatum: deduci ab אָזֶן, & perfectũ esse מַאֲזִין. Et quia scimus תּוֹפְפוֹת significare tympanizantes, iudicamus quòd תֹּף tympanũ, sit à תָּפַף. Et ita de aliis poterimus perfacile decernere.

Est etiam & alius communis cognoscendi modus, videlicet vt per similia nobis nota, iudicemus de aliis similibus nobis ignotis: vtputa si nouerim quòd radix יָקוּם surget, est קוּם, iudicabo quòd radix יָשׁוּב, sit שׁוּב, quia sunt similia, & de similibus simile iudicium esse debet. Et ita de aliis & verbis & nominibus, vt אָקוּם & אָשׁוּב. Et תְּקוּמָה surrectio, תְּשׁוּבָה conuersio, & קָלוֹ וְכוּ, & קַל פַּת, quæ sunt de geminatis. Sed hic modus errandi ansam potest præbere rudibus, quòd multa sint similia quæ diuersas habent radices, vt תּוֹכָחָה increpatio, תּוֹעֵבָה abominatio. prioris enim radix est יָכַח, alterius תָּעַב & עָרָה & בָּרַךְ à בִּרְכָה מְעָרָה &, שָׁדַד & קוּם à יָקוּם יָשׁוּד &, nõ à* מָעַר, vt plærique putauerũt. Et idcirco modus iste iudicandi non mediocri indiget cautione, ne similitudine interdum decipiamur. Sed iam ad regulas nonnullas transeamus perutiles ad intelligentiam Sacrarum literarum.

Regulæ perutiles ad intelligentiam simplicem, id est literalem sensum Sacrarum literarum.

Propositionem vniuersalem affirmatiuam, in Scriptura non semper accipi vniuersaliter, simpliciter & absolutè. Regula I.

PRopositio vniuersalis affirmatiua, Sacris in literis interdū vniuersaliter capitur, vt Psal. 25.10, Omnes viæ Domini misericordia & veritas. Prouer. 30.5, Omne eloquium Domini examinatum, aut cō flatum. & idgenus. Et hæc vniuersalitas referenda est ad dictionem cui iungitur: vt 2. Paralip. 9.22, Et magnificatus est rex Selomóh præ omnibus regibus terræ, &c. intelligēdum est non simpliciter, præ omnibus regibus vniuersæ terræ: sed præ omnibus regibus terræ Israel, & eius termini. Interdum tamen vniuersalis non intelligitur absolute, vt Leuit. 11.3, Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. quod non extenditur ad cadauera & rapta à bestiis. Et Gene. 3.20, Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Chauuáh: eo quòd esset mater omnium viuentiū. quod non extenditur ad irrationalia. Et 41.57, Omnis Terra venit in AEgyptum. Et particulariter quandoque capitur: vt Omnem escam abominata est anima eorum. id est manna. Psal. 107.18.

Indefinita propositio pro vniuersali. II.

INdefinita quoque interdum capitur vt vniuersalis: vt Exod. 21.17, Maledicens patri suo, & matri suæ, moriēdo morietur. Et 15, eodem capite, Percutiēs

patrem suum, & matrem suam, moriendo morietur. Et iterum, 20, Si percusserit vir seruum suũ, &c. Et 12, Percutiens virum, & mortuus fuerit, moriendo morietur. acsi dicat, Quicunque maledixerit, quicũque percusserit &c.

Negationem non solum postpositam, sed & præpositam signo vniuersali, suæ æquipollere contrariæ. III.

NEgatio postposita, suæ æquipollet cõtrariæ, vt dicunt dialectici: vt Exod. 22.22, Omnem viduam & pupillũ non affligetis. id est, nullam viduam, & nullũ pupillum affligetis. Leuit. 3.17, Omnem adipem, & omnem sanguinem non comedetis. id est nullum. Et sic interdum præposita: vt Exod. 20.10, Non facies omne opus. id est nullum opus facies: quod infertur ex contradictoria illius, Aliquod opus non facies.

Genus pro specie, & contrà. IIII.

MOs quoque Diuinæ scripturæ est vt genus pro specie, & contrà, capiat: & sic totum pro parte, & contrà: vt Gene. 6.7, Delebo hominem quem creaui &c. per quem intelligit & reptilia & volatilia. Vnde postea dixit ibidem, Ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque ad volucres cæli. Et Leuit. 20.2, Qui dederit de semine suo Mólech, id est idolo sic nominato: per quod intelligit omne aliud idolum. Et Psal. 112.1, Beatus vir qui timet Dominum. per quem, & mulierem intelligit. Ecclesiastis 1.9, Et non est omne nouũ sub sole. id est sub cælo: à parte totum. Leuit. 19.36, Epháh iustum, & hin iustum erit. per quas mẽsuras, omnes alias intelligit mẽsuras. Exod. 23.19, Non coques hœdum in lacte matris suæ. per quem intelligit & alia animalia. Hamós 6.6, Super contritione Ioséph. id est

Israél. Et illud Hose. 5. 13, Et vidit Ephráim. id est Israél. Exod. 22. 28, Diis (id est iudicibus) non maledices. Et illud 2. Paral. 28. 19, Propter Achaz regem Israél. i. Iehudáh. Et illud Iesah. 6. 12, Et multiplicabitur quæ derelicta est, in medio Terræ. id est Israél, quæ pars est terræ. Et est figura quæ dicitur Synecdoche, cum à parte totum, vel à toto pars intelligitur, vt Exod. 1. 5, Omnes animæ quæ egressæ sunt, &c.

Quod frequentius vsu venire solet, comprehendit illud quod rarò contingit. V.

PEr id quod frequentius vsu venire solet, id quod rarò contingit, intelligit sæpe Scriptura, vt Exod. 22. 22, Omnẽ viduam, & pupillũ non affligetis. per quos intelligit & alios quos non est fas vt lædamus atque opprimamus. Deut. 23. 10, Vir qui non fuerit mũdus ab accidente noctis. id est ob nocturnam pollutionẽ: per quod & diurnũ intelligit: quanquam raro vsu venire solet. Et 22. 8, Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecto tuo. per quem intelligit & alia necessaria, & consentanea. Et 10, Non arabis in boue & asino pariter. per quod intelligit non esse arandum cum diuersarum specierum animalibus.

Memorato minori numero, maiorem omitti: aut Numerũ determinatum pro indeterminato sæpe poni. VI.

MEmorato minori numero, maiorẽ omittit: aut certè determinatum numerum pro indeterminato ponit Scriptura: vt Prouerb. 24. 16, Septies cadet iustus. id est multoties. Psal. 119. 164, Septies in die laudem dixi tibi. Zechar. 3. 9, Super lapidem vnum septẽ oculi. id est multiplices custodiæ. 1. Semue. 2. 5, Donec sterilis peperit septem. id est multos. Leuit. 26. 28, Corripiam vos septies (.i. multoties) super peccatis vestris.

Iesa.4.1,Et apprehendent septem mulieres (.i.multæ) virum vnum.Psal.12.7,Purgatū septuplum. id est multoties. Iiób 19.3, Decem vicibus confunditis me. Psal. 91.7, Cadent à latere tuo mille, & decē millia à dextris tuis. Ecclesiastis 11.2,Da partē ipsi septem,& ipsi octo.

Quod est vnius sensus,attribui alteri. VII.

MOs etiam Scripturæ est vt quod est vnius sensus proprium, alteri tribuat: vt Genes.27.27, Vide odorem filii mei, est sicut odor agri pleni. Exod.5.21, Fœtere feciſtis odorem nostrum in oculis Pharhonis. Et 20.18,Et omnis populus videbant voces. Psal.34.9, Gustate,& videte quia suauis est Dominus.

Vnum tempus pro altero poni. VIII.

DIuinæ quoque Scripturæ est vt vnum tempus pro altero ponat, vt præteritum pro futuro, & futurum pro præterito: & ita de aliis, quēadmodum ostendimus Lib.11,Cap.xii.

Vnam literā pro altera,& vnū punctum pro altero poni. IX.

ADhuc Sacræ scripturæ est vt vnam literam pro altera,& vnum punctū pro altero ponat, vt ostendimus Lib.1, Cap.xxvi & xxvii. Et est metaplasmus, qui dicitur antithesis: vel figura quæ dicitur Antistœchon: quē plerique non obseruantes interpretes, ansam multorū ceperunt errorū,vt in nostris scholiis super vetus instrumentū multis ostendimus in locis.

Non modo literam, sed & dictiones interdum deesse. X.

AMplius diligenter animaduertēdum est,non modo literas, sed & dictiones interdum Sacris in literis deficere,vt multis patefecimus exemplis Libro 1, Cap. xxv. Et potest dici metaplasmus iste,Eclipsis. i. defectio: quæ fit quoties pleno intellectui,literæ vel dictiones aliquæ subtrahuntur: vt Iehos. 10. 20, Et sul.ii.

perſtites (deeſt אֲשֶׁר qui)ſuperfuerunt ex eis, venerunt ad vrbes. 1. Semu. 13.8, Secundum tẽpus quod(ſub. אָמַר dixit)Semuel. Et 24.11, וְתַחְמֹל & pepercit tibi. ſubauditur נַפְשִׁי anima mea, vel עֵינִי oculus meus. 2. Sem. 6.6, Et extẽdit(vel miſit)ad arcam. ſub. יָדוֹ manum ſuam .1. Reg. 22.38, Et lauit currum. ſubaudi, lauans. Geneſ. 48.2, Et nuntiauit ipſi Iahacób. ſub. nuntians. Ibidem, 1, Et dixit ad Ioſeph. ſub. dicens. Nume. 26.59, Quam peperit ipſi Leui. ſub. pariens. Pſal. 58.8, Tendet ſagittas ſuas. ſub. tendens, aut vnuſquiſque eorum.

Verba ſæpe per aduerſum intellecta, aut è proprio tranſlata loco. XI.

IN Sacris literis verba per aduerſum ſæpe intelligũ tur. Et eſt figura Hypallage, id eſt ſubmutatio, quã do (vt dictum eſt) per aduerſum verba intelliguntur: aut quãdo è ſuo loco in alium tranſferuntur: vt Hoſe. 14.3, Omnem dimittes iniquitatem. pro, omnem iniquitatem dimittes. Pſal. 74.3, Omnis malefaciens inimicus in ſanctitate. pro, omnis inimicus. Et 90.6, Et propinaſti eis in lachrymis menſuram. pro lachrymas in menſura. Et 87.5, Et ipſe fundauit eam Altiſſimus. pro, & ipſe Altiſſimus. Et 116.14, Vota mea Domino reddam coram nunc omni populo eius. pro, reddam nunc corã omni populo eius. Et 138.2, Quoniã magnificaſti ſuper omne nomen tuum eloquium tuum. pro, ſuper omne eloquium tuum nomen tuum. Hamós 5. 16, Et luctũ ad ſcientes lamentũ. pro, & ſcientes lamentum ad luctum. Ieche. 39.11, Dabo Ghogh locum ſepulchri ibi. pro, ibi locũ ſepulchri. Iiób 38.21, Num noſti quòd tunc naſciturus eſſes? pro, num noſti tunc quòd naſciturus eſſes? Pſal. 138.7, Super etiam inimicos meos

525

526

extendes (aut mittes) manum tuam. pro, Etiam super inimicos meos. quanquam R. Ioseph exponit, super
522 iram, vt LXX interpretes. 2. Reg. 9.30, Et posuit in stibio oculos suos. pro, stibium in oculis suis. Iudicum 1.8, Et ciuitatem miserunt in ignem. pro, & ignē miserunt in ciuitatem. Exod. 3.2, Rubus ardebat in igne. pro, ignis ardebat in rubo. Leu. 1.2, Homo cum obtulerit ex vobis oblationem. pro, homo ex vobis. Iehos. 15. 21, Et fuerunt vrbium ab extremo. pro, ab extremo vrbium. Iiób 40.19, Et in fune merges linguā eius. pro, in lingua eius merges funem. Psal. 74.7, Miserunt in ignem sanctuarium tuū. pro, miserunt ignem in san
523 ctuarium tuum. Et 104.6, Super montes stabūt aquæ. pro, super aquas stabunt montes.

Quædam dici per metathesin. XII.

IN Sacris præterea literis aliqua dicuntur per Metathesin, id est transpositionem literarū, vt Prou. 18.8, Verba bilinguis מִתְלַהֲמִים quasi percussiones. pro, מִתְהַלְּמִים, ab הָלַם. quanquam sunt qui exponunt, quasi blanda, à לֶהֶם. Psal. 72.16, יִרְעַשׁ (pro יְעַשֵּׁר) ditabitur sicut Lebanón fructus eius. quanquā R. Ionah exponat, crescet, & multiplicabitur. 2. Sem. 22.27, תִּתְפַּל (pro תִּתְפַּתָּל) peruersus eris. Ibidem, 46, וַיִּחְגְּרוּ (pro וַיִּחַרְגוּ,) & formidauerunt. Psal. 68.24, תִּרְחַץ (pro תִּחְמַץ) rubescat pes tuus &c. Et sic כֶּבֶשׂ & בֶּשֶׂב agnus, aut ouis. Et שִׂמְלָה & שַׂלְמָה, vestimentum. Et sic nonnulli exponūt illud Iech. 29. 7, וְהַעֲמַדְתָּ & nutare facies eis, &c. pro וְהַעֲדַרְתָּ

Transitus ab vna persona ad aliam, in eodē versu. XIII.

IN eodem versu ab vna persona ad aliam transire, mos est Sacris literis: vt, Genes. 49.9, A præda (vel propter prædam) fili mi ascendisti: incuruauit se, accu-

buit vt leo. Iesah. 22. 19, Expellam te de statione tua, & de statu tuo destruet te. Et 42. 24, Peccauimus ei, & noluerunt in viis eius ambulare. Iiob 16. 7, Veruntamē nunc vexauit me, desolasti omnē cōgregationē meā. Psal. 81. 17, Et comedere fecit eum de adipe frumenti, & de petra melle saturabo te. Iesah. 1. 29, Confundentur ab idolis quæ desideraſtis. Et 33. 2, Esto brachiū eorū singulo mane, etiā salus nostra in. tēpore angustiæ. Et 48. 14, Congregamini omnes vos, & audite quis in eis annuntiet ista. Hobadiah 7, Ponēt plagā subter te, non est intelligentia in eo. 1. Reg. 22. 28, & Michah 1. 2, Audite populi omnes ipsi. Et 7. 19, Reuertetur, miserebitur nostri, subiiciet iniquitates nostras, & proiicies in profundum maris omnia peccata eorū. Et Malachi 2. 15, Et vxorem adolescentiæ tuæ ne despiciat. Sephan. 3. 17, Ex te fuerunt onus super eam opprobrii. 8.716

Vna dictio vice duarum. XIIII.

VNa dictio aliquādo vice duarū manet: vt Psal. 1. 5, Ideo non resurgent impii in iudicio, & peccatores in congregatione iustorū. i. neque peccatores. Et 9. 19, Nō in seculū obliuioni tradetur pauper, patiētia pauperū peribit in seculū. i. non peribit. Et 44. 19, Non est conuersum retro cor nostrū, & declinasti semitas nostras. i. & non declinasti. Et 50. 8, Non super sacrificia tua arguam te, & holocausta tua corā me semper. id est neque super holocausta tua, si non sint corā me semper. Prou. 17. 26, Dānū inferre iusto non est bonū, percutere principes propter rectitudinē. id est non est bonum percutere, &c. Leuit. 10. 6, Non moriemini, & super omnem synagogam irascetur. id est neque super omnē, &c. Iudic. 18. 7, Et non confundentē &c. possidē-

tem.id est neque possidentem.1.Semu.2.3, Ne multiplicetis vt loquamini sublime, egrediatur vetus.i.neque egrediatur.Prouerb.30.3,Et nō didici sapientiam, & scientiam sanctorum.i.neque scientiam. Psal.57.5, Anima mea in medio leonum,iaceo ardentium.id est in medio ardentium.Et 65.6,Spes omnium finiū terræ,& maris.id est finium maris.Et 69.32, Et pulchrior erit Domino quàm bos,iuuencus.id est,& quàm iuuēcus.Prouer.9.7, Corripiens derisorē accipit sibi ignominiam:& argūēs impium,maculam.subaudi, accipit sibi:Et 13.1,Filius sapiens eruditionem patris,& delusor non audiuit increpationem.id est filius sapiēs audiuit eruditionem patris,& filiús delusor non audiuit increpationem patris.Et 14.25,Eruit animas testis veritatis: & loquitur mendacia,doli:i.testis doli. Hæc sunt diligenter animaduertenda:ne(vt plærisque interpretibus vsu venit)affirmatiuam pro negatiua capiamus.

Numerum pluralem capi pro vno è pluribus, aut pro vnoquoque è pluribus. XV.

PLuralis numerus pro vno è pluribus sæpe accipitur in Sacris literis, vt Psa.1.3,Quod plantatū est secus riuulos aquarū.i.vnū è riuulis.Et Iudicū 12.7, Sepultus est in vrbibus Ghilhád.i.in vna ex vrbibus.Zech.9.9,Sedens super asinum, & super pullum filiū asinarū. id est vnius ex asinabus. Ionáh 1.5,Descēdit ad latera nauis.i. ad vnū è lateribus.Gene.19.29, Cum subuerteret vrbes in quibus habitauit. i.in quarū vna habitauit.1.Semu. 18.21,In duabus gener eris. i. in altera è duabus. Et 1.1, Et fuit vir vnus de Ramathāim.i. de altera Ramóth

Plurale etiam accipitur pro vnoquoque de multis. Gene.26.35, Et fuerunt exacerbās spiritū.i.vnaquæque

earum fuit exacerbans. Et 27.29, Maledicentes tibi maledictus, & benedicentes tibi benedictus. i. vnuſquiſque è maledicentibus, & vnuſquiſque ex benedicentibus. Exod. 17.12, Fuit manus eius. i. vtraque manus. Gene. 49.22, Filiæ incedebat. i. vnaquæque è filiabus. 1. Semu. 4.15, Et oculi eius caligauit. i. vterque oculus. Pſal. 119. 137, Rectum iudicia tua. id eſt vnũquodque ex iudiciis tuis. Prou. 1. 20. Sapientiæ foris prædicabit. id eſt vnaquæque è ſapientiis. Et 9.1, Sapientiæ ædificauit domũ ſuam. Et 3.18. Et fulcientes eã beatus. id eſt vnuſquiſq; è fulciẽtibus. Eodem capite, 35, Et ſtulti exaltat ignominiã. i. vnuſquiſque è ſtultis. Et 14.1, Sapientes mulieres ædificauit domum ſuàm. id eſt vnaquæque è ſapientibus.

Particulam orationis frequenter non ligari cum dictione propinqua, ſed remota. XVI.

RVrſum mos eſt Diuinæ ſcripturæ, vt particulæ orationis ligentur non cum propinqua, ſed cum remota dictione: vt Pſal. 40.11, Veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi, non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam in eccleſia multa. Particula, in eccleſia multa, ligatur cũ Dixi, & non cum Abſcondi. nã ſi ligaretur cum abſcõdi, dixiſſet מִקְּהָל ab eccleſia. Pſal. 139.14, Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit, valdè. Dictio Valde, ligatur cum Opera tua. Et 119.8, 525
Præcepta tua cuſtodiam, ne derelinquas me vſque valde. Dictiones Vſque valde, ligantur cum Cuſtodiam. Exod. 23.21, Caue à facie eius, &c. quia nomen meum in medio eius. Quia nomen, reuertitur ad Caue, &c. 1. Reg. 6.1, Anno quarto, menſe Ziu, ipſe eſt menſis ſecũdus, quo regnauit Selomoh. Quo regnauit, reuertitur

ad Anno quarto. Ieſah.47.13,Saluent te aſtrologi cæli
videntes in ſtellis, ſcire facientes menſes, ab his quæ
ventura ſunt ſuper te. Ordo eſt,Saluent te ab his, &c.
259 Deut.15.17, Et etiam ancillæ tuæ facies ſic: reuertitur
ad Onerádo onerabis,&c. quod præceſſit. Exod. 15.15,
Tunc territi ſunt principes Edóm,&c.defluxerunt o-
mnes habitatores Chenáhan.Cadat ſuper eos,&c.Ca-
dat, reuertitur ad Principes Edóm,&c. 1.Reg.2.5, Et
poſuit ſanguinem belli in pace: quod refertur ad Ab-
nér,& nó ad Hamaſá Pſal.99.7,In columna nubis lo-
quebatur ad eos. quod refertur ad Moſéh & Aharón,
& non ad Semuél.

Multa quoad ſenſum redundare: quibus demptis incongruã fieri orationem. XVII.

PRæterea Sacris in literis multa,quoad ſenſum, re-
dundant: quæ ſi demere volueris, incógruã facies
orationẽ: quòd Hebrææ linguæ is ſit loquẽdi modus.
ſicut Exod. 25.29, אֲשֶׁר יֻסַּךְ בָּהֶן quibus libabitur in eis.
pro,in quibus libabitur. &,in eis,redundat quoad ſen
ſum.Gen.1.30,אֲשֶׁר־בּוֹ נֶפֶשׁ חַיָּה quo in eo anima viuens.
pro,in quo eſt anima viuens. Et 12, אֲשֶׁר זַרְעוֹ־בוֹ quo ſe-
men eius in eo.pro,in quo ſit ſemen eius,vel cuius ſe-
men ſit in eo. Et idgenus multa.

Nonnulla quæ ſcribuntur, non legi,vel contrá: quædam vno modo ſcribi intrinſecus,& altero extrinſecus. XVIII.

QVædam ſcribuntur in Sacris literis,& non legũ
tur:& quædam vno modo ſcribuntur, & altero
leguntur: vt 2.Semu.15.21,כִּי אִם בַּמָּקוֹם niſi in loco &c.
vbi אם ſcribitur, & non legitur. Et 16.2, וְלֶחֶם & pa-
nem,&c.in quo ſcribitur ל, & non legitur. Et eodem
capite,12,Et reddat mihi Dominus bonum pro קְלָלָתִי
ſcribitũr cum י, & legitur cum ו: cum י, maledictionẽ

meã: cum ו, maledictionem eius, significans. Et eodem capite, 18, לֹא אֶהְיֶה, scribitur cun א, significans non ero, & legitur tunc interrogatiue, Non ero, & secũ manebo? acsi dicat, ita. Et legitur cum ו, quod significat ei & eius, id est ei vel eius ero. Et ibidem 23, Quemadmodum יִשְׁאַל בִּדְבַר הָאֱלֹהִים consuluisset per verbum Dei. ita scribitur, sed legitur יִשְׁאַל־אִישׁ consuluisset vir, vel quispiam per verbum Dei. Et 17.12, scribitur fœmineo genere בְּאַחַת in vnum è locis: & legitur בְּאֶחָד masculino genere, quòd מָקוֹם locus, vtroque in genere inueniatur. Et 1. Reg. 12.12, scribitur וַיָּבֹא & venit, cum ו, & legitur cum א, quòd in quibusdam codicibus scriptum esset וַיָּבֹו, in aliis וַיָּבֹא. Et 17.14, scribitur עַד יוֹם תִּתּוֹ vsq; ad diem quo dedit, &c. cum ו, & legitur sine ו. 2. Reg. 5.9, scribitur, Et venit Nahamán בְּסוּסָיו, quòd scriptum esset in quibusdam codicibus בְּסוּסוֹ cum equo suo, in aliis verò בְּסוּסָיו cum equis suis. & id genus. Et hæc fuerunt annotata à scribis, & viris doctissimis, quòd post primam captiuitatem (in qua & viri docti, & libri Sacri penè perierãt) inuenissent codices in plerisque locis discrepare in verbis, sensu eodẽ manente. Et interdũ vnum scribebãt intrinsecus, alterũ extrinsecus, quẽ admodũ & nos hodie videmus in nostris codicibus.

Numerum pluralem dici de singulari. XIX.

AD hæc numerus multitudinis sæpe dicitur de singulari, honoris gratia, vt multis ostendimus exemplis Lib. 11, Cap. 1111.

Verbum masculinum sæpe inueniri cum nomine fœmineo: & fœmineum verbum cum masculino nomine. XX.

MAsculeum verbũ frequentissime inuenitur cũ fœmineo nomine, & fœmineum verbum cum

masculeo nomine:quemadmodũ(multis locis citatis) Lib.III,Cap.III ostendimus.

Verbum reddi vt exigit nomen proximum,siue masculeum, siue fœmineum fuerit. XXI.

VErbum etiam reddi solet proximo nomini, siue masculeũ, siue fœmineum sit.1. Reg.17.15, וַתֹּאכַל הִוא וְהוּא & comedit ipsa, & ipse.Nume.12.1, וַתְּדַבֵּר & locuta est Miriám & Aharon. Estér 9.29, וַתִּכְתֹּב & scripsit Estér regina filia Abicháil,& Mordochái Iehudæus.

Literas per figuram quæ dicitur Pleonasmos, sæpius redundare. XXII.

PEr figuram quæ dicitur Pleonasmos,literæ sæpius redundant & in nominibus & in verbis.

א redundat, vt Ichos.10.24, הַהֹלְכוּא qui iuerunt cum eo. Iesa.28.12,Non אָבוּא voluerunt audire.

ב redundat.Prouerb.9.5,Comedite בְּלַחְמִי panem meum, & bibite בְּיֵינִ vinum.Iiób 16.10, Aperuerunt super me בְּפִיהֶם os suum. Et 26.13,בְּרוּחוֹ Spiritus eius cælos ornauit. Psal.90.6,Propinasti eis בִּדְמָעוֹת lachrymas.quãquam & aliter potest exponi,vt dictũ est in XI regula.

ה redundat in verbis, in Macór & in Futuro, vt suis habes in locis . Sic Psal.116.18,נֶגְדָּה coram nunc omni populo eius.Ibidẽ,15,Pretiosa in oculis Domini הַמָּוְתָה mors sanctorũ eius.Neche.9 .19, vt duceret eos בְּהַדְּרָךְ in via. Iudic. 14.18,Antequam occumberet הַחַרְסָה sol. 2. Reg. 16.17, Et ingressum regis הַחִיצוֹנָה extrinsecum. pro הַחִיצוֹן.

ו redundat, vt Psal. 79.2, לְחַיְתוֹ־אֶרֶץ bestiæ terræ. pro לְחַיַּת. Et 50.10, Mea est omnis חַיְתוֹ bestia syluæ.Num. 24.3,בְּנָוֹ filius Behór.pro בֶּן.Iiób 37.6, Pluuias עֻזּוֹ fortitudinis.i.fortes, aut vehementes. Psal. 114. 8, Silicem

לְמַעְיְנוֹ in fontem aquarũ. Gen. 36.24, filii Sibhon וְאַיָּה & Aiáh & Hanáh. pro, Aiah & Hanáh. Psal. 76.7, Soporatus est וְרֶכֶב וָסוּס & currus & equus. pro, currus & equus. Iob 23.12, A præcepto labiorum eius, וְלֹא אָמִישׁ & non recedam. Nechem. 4.17, Medietas eorũ tenebant וְהַחֲנִיתִים & lanceas. pro lanceas. 2. Semu. 15.34, Fui seruus patris tui וַאֲנִי & ego ex tunc. pro ego. 2. Reg. 4.41, Et dixit, וּקְחוּ & accipite farinam. pro accipite. Gen. 22.4, In die tertia וַיִּשָּׂא & leuauit Abrahám oculos suos. pro leuauit. Ibidem, 1, Et fuit post verba ista, וְהָאֲלֹהִים & Deus tentauit Abrahám. pro Deus. quanquã sunt qui exponũt, tunc leuauit, tũc Deus, vt dictũ est lib. primo. 238.239

י redundat, vt Gen. 31.39, גְּנֵבְתִּי furatum dici. pro גְּנֻבַת. Exod. 15.6, Dextera tua Domine נֶאְדָּרִי magnificata est. pro נֶאְדָּר. 2. Reg. 8.1, Vade אַתִּי tu. Psal. 135.9, Misit signa & prodigia בְּתוֹכֵכִי in medio tui AEgypte. pro בְּתוֹכֵךְ. Prou. 6.3, Robora רֵעֶיךָ proximũ, vel amicũ tuũ. Thre. 1.1, Ciuitas רַבָּתִי copiosa populo. Ibidem, שָׂרָתִי princeps in prouinciis. Hosc. 10.12, אֹהֲבָתִי diligens triturare. Iesa. 1.21, מְלֵאתִי plena iudicii. Cant. 1.9, לְסָסָתִי equæ in curribus Pharhonis. quanquã sunt qui exponũt, equæ meæ. 66

כ redundat, vt Iob 24.14, Et in nocte כַּגַּנָּב fur. Et illud Neche. 7. 2, כְּאִישׁ Vir veritatis. quanquã dici potest quòd כ est veritatis expressiuum: vt illud Iohannis 1, Quasi vnigeniti, &c.

ל redundat: vt Exod. 27.3, לְכָל־כֵּלָיו omnia vasa eius facies. Et 9.18, לְמִן־הַיּוֹם à die qua fundata est. 2. Semu. 3.30, occiderunt לְאַבְנֵר Abnér. Psal. 69.6, Tu nosti לְאִוַּלְתִּי stultitiam meã. Et 116.16, Soluisti לְמוֹסְרָי vincula mea. 1. Paral. 3.2, Tertius לְאַבְשָׁלוֹם Absalóm filius Mahachàh. Iehо. 10.21, Non mouit contra filios Israél לְאִישׁ vir (vel 250

quiſquam) linguam ſuam. quanquã poteſt exponi, in quẽquam. Exod. 20. 20, לְבַעֲבוּר vt tentaret vos. 1. Sem. 2. 29, De primitiis omnis oblationis Iſraél לְעַמִּי populi mei. 2. Semu. 16. 2, וְלֶחֶם & panem.

In Sacris literis multas contineri figuras. XXIII.

SAcris in literis multæ continentur figuræ, quarum hîc nonnullas inſerã, vt ſecularium literarũ profeſſores moneãtur, è Sacris literis ſchemata omnia pro fluxiſſe.

Ἀναφορά, Anaphora, Relatio, eſt eiuſdem partis orationis per diuerſa membra repetitio: vt Pſal. 118. 4, Dicant nunc domus Aharón, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicant nunc qui timent Dominum, &c. Et paulum infra, 8, Melius eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in homine: Melius eſt ſperare in Domino quàm ſperare in principibus.

Ἀναστροφή, Anaſtrophe, Inuerſio, ſiue reuerſio, aut peruerſio, eſt quando promimus ordine conuerſo ſententiam, vt Pſal. 24. 5, Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Prius enim miſericordiã elargitur, noſtris parcens peccatis: deinde benedictionis munera donat.

Ἀντιπροσώπον, Antiproſopon, eſt quãdo pro homine ingrato, perſona ponitur gratiſſima, vt Pſa. 79. 7, Quia comederunt Iahacób, & locum eius deſolauerũt. Pro gente enim quæ peccauerat, reuerẽdiſſimi patriarchæ nomen obiectum eſt.

Ἀντίπτωσις, Antiptoſis, eſt quando caſus pro caſu ponitur: vt cum ל, quod eſt ſignum dandi caſus, ponitur pro אֵת, quod eſt ſignum accuſandi: vt Exod. 27. 3, & Pſal. 116. 16, quæ ſunt citata in XXII regula, Lámed

redundat. Nam illud ה, redundat, aut ponitur vice את. quasi dicas, datiuus ponitur pro accusatiuo. Et in Euãgelio, Sermonem quem audistis, non est meus.

Ἀποστροφή, Apostrophe, Conuersio. quoties ad diuersas personas verba conuertimus: vt Psal. 20. 5, Tribuat tibi, &c. Et 6, Lætabimur in salutari tuo, &c. Ibidem, Impleat Dominus, &c. Et 7, Nunc cognoui, &c.

Αὔξησις, Auxesis, Augmentũ. figura quæ ascendendo, quædã nomina per membra, singula rerum augmenta cõgeminat. Psal. 3. 4, Tu Domine clypeus pro me, gloria mea, & exaltans caput meum. Et 19. 10, Iudicia Domini veritas, iustificata sunt pariter. Et 11, Desiderabiliora auro, & auro multo, & dulciora melle & fauo.

Κατάχρησις, Catachresis, Abusio. quoties aliena rerũ nomina, non habentibus commodãtur: vt Psal. 75. 11, Omnia cornua peccatorum confringam. Ibidem, Exaltabuntur cornua iusti.

Χαρακτηρισμός, Characterismos, Informatio, descriptio. figura quæ siue rem præsentem, siue absentẽ, siue præsentem personã spiritualibus oculis subministrat: quod & in laude, & in vituperio fieri solet: vt Psal. 21. 4, Posuisti in capite eius coronã auream. Et 45. 10, Astitit coniunx ad dexteram tuam cum corona &c.

Κλίμαξ, Climax, Scala. figura est quãdo positis quibusdã gradibus siue in laude, siue in vituperatione, semper accrescit: postremo verbo in primo cõmate existente, in sequenti iterato: vt ad Rom. 5. a, Tribulatio patiẽtiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autẽ non confúdit. Psal. 106. 38, Et effuderũt sanguinem innocentẽ, sanguinem filiorũ suorum, & filiarũ suarum. Et 144. 14, Non est diuisio, neque egre-

diens,neque clamor in plateis noſtris.

Διαφόρησις, Diaphoreſis, Differentia. figura eſt per quã fit perſonarũ differentia: vt inter iuſtũ & impiũ. Pſal.37.21,Mutuatur peccator, & nõ ſoluet: iuſtus autem miſeretur & cõmodat. Ibidẽ,22,Quoniam benedicentes ei,poſſidebunt terram : maledicentes autem ei diſperibunt.

Διατύπωσις,Diatypoſis,Formatio,diſpoſitio, expreſſio. figura vbi rebus, perſoníſve ſubiectis, & formæ ipſæ,& habitus exprimũtur:vt Pſal. 31.10,Conturbatus eſt in ira oculus meus,anima mea, & venter meus,&c.

Εμφασις, Emphaſis, Significatio, demonſtratio, expreſſio. figura qua latens aliquid,ex aliquo eruitur dicto:cuius duo ſunt genera: Alterum quod plus ſignifi cat quàm dicit, Alterum quod etiã id quod nõ dicit, id eſt quæ ſignificat id quod non dicit.vt Pſal.25.7,Secũdũ miſericordiã tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine. In quo fecit intelligi,nõ propter meritum meum.

Ενάργεια, Enargia, Euidẽtia, manifeſtatio.figura cum res ita deſcribitur vt cerni videatur:vt Pſal. 34.4,Magnificate Dominũ mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum. Et 37.35,Vidi impium ſuperexaltatum,&c.

Αἴνιγμα, AEnigma, Obſcura allegoria, vel quæſtio: vt Iudic.14.14,De comedẽte exiuit cibus,&c. pertinet ad allegoriam,quia aliud dicit,aliud ſignificat.

Επάνοδος,Epanodos,Reditus, regreſſio, id eſt repetitio rerum quæ iunctim dictæ ſunt. vt Pſal.114.5,Quid eſt tibi mare quòd fugiſti,&c.

Επεξεργασία, Epexergaſia, Diligentia . figura quæ fit quoties vni cauſæ, duas probationes apponimus: vt

Psal. 37.19 & 20, In diebus famis saturabuntur. quia peccatores peribunt, & inimici Domini mox vt honorificati fuerint, deficient, &c.

Ἐπεξήγησις, Epexegesis, Expositio prioris dicti: vt Psal. 7.4, Domine Deus mi, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Et 21.6, Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã & magnum decorẽ impones super eũ, &c. Et 30. 11 & 12, Dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctũ meum in gaudiũ, &c. Et 37.5, Reuela Domino viam tuã, & ipse faciet: & educet tanquam lumen, &c.

Ἐπιχείρημα, Epicherema, Conamẽ, ratio, approbatio, quæ fit quoties rẽ de qua agitur, per exemplũ aliquod probare contendimus: vt Psal. 27.1 & 2, Dominus illuminatio mea, &c. Dũ appropiãt super me nocẽtes, &c.

Ἐπιδιόρθωσις, Epidiorthosis, Correctio, id est superioris rei correctio: vt Psal. 62.3, Salus mea, refugiũ meũ, nõ mouebor amplius. (vel multum.) in quo significat se aliquando motum.

Ἐπιμονή, Epimone, Perseuerãtia, assiduitas. figura quæ fit quando similia dicta, crebra repetitione geminantur: vt Psal. 13. 2 & 3, Vsquequo Domine obliuiscris me in seculũ, &c. vsquequo exaltabitur inimicus meus. Et 29.1 & 2, Afferte Domino, &c. Afferte Dómino gloriam &c.

Ἐπαναλῆψις, Epanalepsis, Repetitio. figura quæ fit quã do dictio in principio versus posita, iterũ in fine versus repetitur: vt Psal. 83.2, Deus quis similis tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

Ἐπιφώνημα, Epiphonema, Acclamatio. figura quæ post narratas res breuiter, cum acclamatione prorum-

pit, post omnia desinens in exaggeratissimã summitatem. Vt postquam dixit Psa. 23.1, Dominus regit me, &c. in fine concludit, Vt habitem in domo Domini, &c. Et 31.2, In te Domine speraui, &c. Et in fine, Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. Et 135.1, Laudate nomen Domini, &c. Et postea, 6, Omnia quæcunque voluit fecit in cælo & in terra.

Ἐπιτροχασμός, Epitrochasmos, Supercursio. figura quæ succincte, ea quæ sunt effusius dicenda, perstringit: vt Psal. 23.1, Dominus regit me, &c. in quo breuiter dixit quod in subsequentibus latius enumerauit. Et 70.1, Deus in adiutorium meum, &c. in quo versu quæ latius sentienda sunt, breuiter explicantur.

Ἐπίζευξις, Epizeuxis, Combinatio, vel coniugatio. figura quæ fit quoties in vno versu sermonem sine aliqua interpositione geminamus: vt Psa. 109.21, Et tu Domine Domine fac mecum, &c. Et 140.8, Domine Domine, virtus salutis meæ.

Ἐρώτημα, Erotema, Interrogatio: vt Psal. 2.1, Vt quid congregauerunt se Gentes? Et 3.2, Domine, quid multiplicati sunt, &c.

Ἠθοποιία, Ethopœia, Morũ effictio. figura quæ fit quoties introducimus aliquem ad loquendum: vt Psal. 81.8, In tribulatione inuocasti me, &c.

Αἰτιολογία, AEtiologia, Causæ redditio. figura, quoties præmissæ rei, decora subiungitur ratio: vt Psal. 16.9 & 10, Propter hoc lætatum est cor meum, &c. quoniam non derelinques animam meam in sepulchro, &c.

Ἐξαλλαγή, Exallage, Permutatio: vt Psal. 2.5 & 6, Tũc loquetur ad eos, &c. Deinde mutat personam, Ego autem constitui regem meum &c.

Ἐξέτασμός, Exetaſmos, Exquiſitio, quæſtio. figura, cũ res plures diuiſas cum interrogatione exquirentes, ſingulis quæ conueniunt, applicamus: vt Pſal.24.3 & 4, Quis aſcendet in montem Domini, &c. Innocens manibus, &c. Et 15.1 & 2, Domine quis habitabit, &c. Qui ambulat ſine macula, &c.

Ὑπαλλαγή, Hypallage, Submutatio, de qua dictum eſt ſuprá.

Ὑπέρβατον, Hyperbaton, Tranſgreſſio, tranſcenſio. figura, cum ſuſpenſus verborum ordo, infra explicatur: vt Pſal.37.7 & 10, Ne æmuleris in eo qui proſperatur in via ſua, &c. Et adhuc puſillum, &c. Et Pſal.45.13, Et filiæ Tyri, &c.

Ὑπερβολή, Hyperbole, Exceſſus. figura per quam ſolent aliqua in magnitudinem exaggerationis extendi: cum dictio excedens fidem ponitur, augendi vel minuendi gratia: vt Pſal.6.7, Lauabo per ſingulas noctes lectum meũ, lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Et 107.26, Aſcẽdũt vſque ad cælos, & deſcendũt vſque ad abyſſos.

Ὑπέρθεσις, Hyperthesis, Superpoſitio, ſuperlatio. figura cum aliquam rem opinione omnium notam, ſententia noſtra ſuperare contendimus: vt Pſal.18.11, Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas vẽtorum. Et 51.9, Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Ὑποζεῦξις, Hypozeuxis, Subconiunctio. figura, quando diuerſa verba ſingulis apta clauſulis apponuntur: vt Pſal.1.1, Beatus vir qui non ambulauit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra deriſorum non ſedit.

Εἱρμός, Hirmos, Conuenientia, vel vinculum. figura, quãdo ſeries orationis tenorem ſuum ſeruat vſque ad

vltimum, vbi nec persona alia, nec causa mutatur: vt Psal. 54.3, Deus in nomine tuo, &c. Et 133.1, ecce quàm bonum.

Ὁμοιοτέλευτον, Homœoteleuton, Similiter finitũ, similiter desinens. figura, cum plura verba in eandem vocem finiunt: vt Psal. 85.2, 3, & 4, Benedixisti Domine terram tuam, &c. Remisisti iniquitatẽ plebis tuæ, Operuisti omnia peccata eorum, Mitigasti, &c.

Ὁμοίωσις, Homœosis, Similitudo. tropus, siue figura, cum ex similitudine cogniti, deuenimus in cognitionem incogniti: siue per quam minus notæ rei, ex similitudine eius quæ magis nota est, demonstratio declaratur: vt Psal. 123.2, Ecce sicut oculi seruorũ, &c. Et, sicut oculi ancillæ &c.

Ὁμοιόπτωτον, Homœoptoton, Similium casuum, aut similiter cadens. figura cum in similes sonos diuersa exeunt verba: vt Psal. 98.4, Cãtate, exultate, & psallite.

Εἰρωνεία, Ironia, Irrisio, simulatio, illusio. figura, cum aliquid per contrarium dicitur, & illusionem: vt Psal. 22.9, Sperauit in Domino, eripiat eum, &c.

Ἴσον, Ison, AEquale. figura, quando res aliquæ paritate similes, adhibita laude, vel detractione iungũtur: vt Psal. 92.13, Iustus vt palma florebit, &c.

Λεπτολογία, Leptologia, Subtilis locutio, quando res singulæ minutatim, & subtiliter indicantur: vt Psal. 52.5 & 6, Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem, magis quàm loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba, &c.

Μεταβολή, Metabole, Mutatio, id est iteratio vnius rei sub varietate verborum: vt Psal. 5.2 & 3, Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meũ. In-

tende voci,&c. Quod totum ad vnam respicit petitionem : acsi dicat, Exaudi orationem meam. Et 69.16, Non me demergat,&c.

Μεταφορά, Metaphora, Translatio. cum mutatur nomen, aut verbum ex eo loco vbi proprium est, in eum in quo aut proprium deest, aut translatū proprio melius: vt Psal.32.6, Veruntamen in diluuio aquarū multarū, ad eum non appropinquabunt. Et 147.3, Qui alligat contritiones eorū, &c. Metaphora ab artificibus medendi. Et Psal.2.12, Cum exarserit,&c.

Μετάστασις, Metastasis, Transmutatio, translatio: dum culpam nostram in alium trāsferre conamur: vt Psal. 141.4, Non declines cor meū in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.

Μετωνυμία, Metonymia, Trāsnominatio: quæ fit quoties intellectum rei, diuersis modis, verbis alienis, ac translatitiis indicamus: vt Psal.2.4, Qui habitat in cælis irridebit eos,&c. Et Gen.22.12, Nunc cognoui quòd timeas Dominum. id est cognoscere feci te quòd timeas Dominum. Est etiam Metonymia, quando per id quod continet, hoc quod continetur, edicitur : vt Psal.50.1, Et vocauit terrā. id est homines terræ. Et 66. 1, Iubilate Deo omnis terra. Et 105.38, Lætata est AEgyptus.

Μετριασμός, Metriasmos, Mediocritas. quæ fit quoties rem magnam mediocri relatione proferimus: vt Psal.31.13, Factus sum tanquam vas perditum. Et 35.13, Ego autem cum mihi molesti essent, induebam me cilicio, Humiliabā,&c. Et 69.30, Ego sū pauper & dolēs.

Παραβολή, Parabola, Comparatio, id est rerum dissimilium comparatio: vt Psal.1.3, Et erit sicut arbor plā-

tata,&c. Et 17.8,Sub vmbra alarum tuarum.

Παράδειγμα, Paradigma, Exemplum, id est narratio per exemplum, exhortans aliquem,aut deterrens.Exhortans,vt,Beatus vir,&c. Psal.1.1.Et 3,Et erit sicut arbor,&c.Deterrens,vt,Non sic impii,sed tanquam,&c. Et 34.17,Vultus autem Domini super facientes mala.

Παράδοξα, Paradoxa,Inopinabilia,præter opinionẽ, exitus inopinatus cum aliud proponitur, aliud explicatur:vt Psal.18.31,Deus meus impolluta via eius.Aggressus dicere quid exoratiuum,subiunxit ei exitũ inopinatum,Impolluta via eius.Et 84.13,Domine Deus virtutum,beatus homo qui sperat in te.

Παρονομασία,Paronomasia,Agnominatio,vel denominatio:vt Psal.145.1,Miserator,& misericors Dominus. Et 119.68,Bonus es tu.

Παραπροσδοκία, Paraprosdocia, præter expectationem:idem quod paradoxa.

Παρένθεσις, Parenthesis,Insertio,interpositio.figura quoties remota de medio sentẽtia,integer sermo perdurat:vt Psal.17.4, Vt non loquatur os meũ opera hominum(propter verba labiorum tuorum) ego custodiui vias duras.quãquam & aliter potest ordinari verborum series.

Πάρισον,Parison,AEquale: quando duæ res è diuerso ponũtur,sed vna magis eligitur:vt Psal.84.11, Melior est dies vna,&c. Et ibidem, Elegi abiectus esse,&c.

Παροιμία,Paroemia,Prouerbiũ, quod multorum ore frequentatur: vt, Omnis homo mẽdax,Psal.116.11.Et, Durum est tibi cõtra stimulum calcitrare, Actorũ 9.2.

Πύσις,Peusis,Interrogatio.vbi interrogatio fit,& responsio subsequitur:vt Psal.4.7,Multi dicũt, Quis o-

ſtendit nobis bona: Signatum eſt ſuper nos lumẽ, &c.

Πλεονασμὸς, Pleonaſmos, Superabundantia: vt Pſal. 74.7, Incenderunt igni ſanctuarium tuum. Et 142.2, Voce mea ad Dominum clamaui.

Προκατάληψις, Procatalepſis, Præoccupatio: dicitur & Prolepſis: vt Pſal. 51.5, Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, &c. Quaſi enim in venturo iudicio cõſtitutus, delictorum ſuorum aſpectus teterrimos pertimeſcit.

Προσφώνησις, Proſphoneſis, Exclamatio. quæ fit quoties inter alia quæ loquimur, ad Deum ſubito, vel ad quempiam verba conuertimus: vt Pſal. 55.16 & 17, Veniat mors ſuper illos, &c. Ego autem ad Deũ clamaui.

Προσωποποιία, Proſopopœia, Perſonæ fictio. figura eſt cum perſona aliqua fingitur: vt cum inanimatum loquitur ad animatum, vel contrà: vt Pſal. 93.3, Eleuauerunt flumina vocem ſuam, &c.

Σωματοποιία, Somatopœia, Corporis fictio, figura quando rebus incorporeis corpora tribuũtur: vt Pſal. 85.11, Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.

Σύλληψις, Syllepſis, Cõceptio, comprehenſio. quæ fit cum pluralis dictio ſingulari verbo complectitur: vt in x v regula.

Συναθροισμὸς, Synathrœſmos, Congeries, congregatio. figura quando plurimæ res in vnum, aut plurima crimina colliguntur: vt Pſal. 12.1, Saluum fac me Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniã diminutæ ſunt veritates, &c. Et 23.1, Dominus regit me, &c.

Σύγκρισις, Syncriſis, Comparatio. dum cõparatione quadam iuſtiorem cauſam noſtram, quàm aduerſarii,

demonſtramus: vt Pſal.20.8,Hi in curribus,& hi in equis,nos autem in nomine Domini,&c.Et 26.10 & 11, In quorum manibus iniquitates ſunt,&c.Ego autem in innocentia mea,&c.

Συγχώρησις, Synchoreſis, Conceſſio. quotiens aliqua importune deſiderantibus conceduntur,quæ ad vtilitatem illorum pertinere non poſſunt:vt Pſal.78.29,Et manducauerunt, & ſaturati ſunt, & deſiderium eorú attulit eis,&c.

Συνδιασμὸς,Syndicaſmos,Collatio.quando ſibi,aut perſonæ,aut cauſæ,ſiue ex contrario, ſiue ex ſimili cóparantur: vt Pſal.12.7, Eloquia Domini eloquia caſta, &c.Et 52.9 & 10,Prævaluit in vanitate ſua. Ego autem ſicut oliua fructifera,&c.

Συνεκδοχὴ, Synecdoche,vt in quarta regula.

Ταπείνωσις, Tapinoſis, Humiliatio. quæ fit quoties magnitudo mirabilis rebus humilimis comparatur: vt Pſal.22.7,Ego autem ſum vermis,&c.

Ταυτολογία,Tautologia,Eiuſdẽ ſermonis iteratio: vt, Benedicendo benedicam.Multiplicádo multiplicabo, & ſimilia.Frequentiſſima eſt in Sacris literis,& augendi gratia fit.

Annotationes asteriscis

hoc in libro sparsis respõdentes: quibus præpositus numerus, paginam indicat.

LECTORI.

Omnes locos, Christiane Lector, in his Institutionibus emendatos astẽriscis, tanquam luce aliqua prælucente, nos indicasse, ne ipse tibi persuaseris. hoc enim, mihi crede, sine summa tua & nostra molestia, à nobis in mẽdorũ propè infinito numero præstari nõ potuisset. Quæ verò sine cõtrouersia, corrupta esse deprehẽdimus, ex ipsa priore parte Michlól R. D. Kimhi reponere nõ dubitauimus. At quæ paulo obscuriora, aut quibus aliquid lucis afferri posse arbitrabamur, iis tantum asteriscos præposuimus. Cum autem in hoc toti essemus, en commodùm oblatus est nobis liber Ephod, cuius auctor fuit R. Moseh, qui factus Christianus, dictus est magister vitalis: ex quo præter alia multa, principium huius operis Sanctes transcripsit. Ita enim incipit versio Ephod, Lingua est aggregatio omniũ particulariũ vocũ humanarũ, &c. Sãctes, Hebraicarũ addidit: quã recte, ipse iudicaueris: quũ lingua nõ de sola Hebraica dicatur, sed & de omnibus aliis. Fortasse tamẽ ideo adiecisse videtur, quòd linguæ Hebraicæ præcepta traditurus esset. Nec verò vnum hoc te prætereat, multa hic vocabula ab ipso Sancte aliis pũctis in citatione locorũ Scripturæ scribi, quàm passim in Bibliis impressis legãtur: aut quòd ita legerit in suis codicibus, aut quòd ita doceant grãmatici vnde ea descripsit: quod facere ipsum R. Dauid sæpe deprehendimus.

Vt latina) Desunt hæc verba, aut similia, est excellentior. 3

Præterquam in sex supradictis) Intelligendum & legendum, vltra sex supradictas. nam & in supradictis בגדכפת venit daghés forte. Dilucidius sic, Sed daghés forte, vltra sex supradictas, venit in vniuersis literis quæ recipiunt daghés, quæ in his, &c. 9

9 Notificatiuum:) Notificatiuâ vocat caph, lámed, & beth, habentes pathách punctum he notificatiui sequente daghés.

13 Per virgulã maccáph,) Hæc verba non habet Kimchí eo loco vnde Sanctes descripsit hoc caput: neque in testimoniis quæ ex Bibliis profert, scribitur maccáph: quæ aliter legisse videtur quàm literis latinis adscribat, præcedentem sequenti ita coniungens vt vna videatur esse dictio: quod pronuntiatione magis deprehenditur, quàm scriptura latina.

13 Versum terminãte,) Kimchí pro his verbis habet, ההפסק, quasi dicas passecata, id est in qua est distinctio. Neque etiam dictio quã affert ex Genesi, terminat versum, neque video cur Kimchí distinctionem in ea esse dicat.

14 Quiescentia) R. Dauid habet raphata. secundum quem leniter legendum Iactheél, Iocdehám.

15 Sub se,) Ita ex R. Dauid. Nunc verò in ventre ipsius literæ scribitur, sic ה.

16 Sed לְצַבָּא) Locus restitutus ex R. Dauid.

16 וְרָאֲמָהּ) In hoc exemplo א non tantum est actu, sed etiam mouetur, vt ait R. Dauid in Michlól. Et in Cõmentariis sic ait, וְרָאֲמָהּ cum motu ipsius א, quod est loco ו haáin happohál, sicut in וְקָאם שָׁאוֹן, Hoseáh 10.15: nisi quòd א istud est quietum.

21 כִּי גָמַל) Post tharcha posterius, in exemplaribus impressis sæpe literæ בגד כפת inueniuntur dagheſſatæ.

22 Exempla quæ asteriscis pagina 22 notãtur, sine maccáph in Bibliis impressis nunc leguntur, nonnulla etiam sine daghés post maccáph. vt hinc videas Sanctẽ, aut illum vnde Sanctes descripsit has regulas, aliis ex-

emplaribus fuiſſe vſum. Ipſe etiá R. Dauid ſæpius admonet variam codicum in punctis lectionem.

Perpetuo ſcribitur litera quieſcens) Locus reſtitu 26
tus ex R. Dauid.

Pſal. 91. 10, &c.) Exemplum iſtud Pſalmorũ omiſſum, repoſuimus ex R. Dauid.

Pſal. 107. 17, Stulti &c.) Hic Sãctes מ per pro, aut lo 35
co exponit, & ſic etiã in præpoſitionibus, quod rectius per propter exponeretur, vt etiam ipſe in ſua Bibliorũ ex Hebræo verſione tranſtulit.

הַחֹטֵאת) Exemplaria impreſſa habẽt pathách ſub ה, 37
& recte: ח enim licet non recipiat daghés, raro tamen reiicit illud in motionem præcedentẽ, teſte R. Dauid.

Quod ה interdum non notificat particulatim.) R. 38
Dauid ſic, שלא תוריע על דבר מיוחד, quod rectius ſic vertetur, quæ nõ denotat rem diſtinctam, aut determinatã.

בְּאֵמֹר) Noſtra exemplaria Venetiis impreſſa habẽt 41
beth, non caph.

כְּאַרְנִי) R. Dauid nõ affert hoc exemplum, ſed בְּיהוָה 42
frequens in Bibliis, habens puncta dictionis אַרְנִי.

Poſtquam mundauerit eum,) R. Dauid in lib. rad. 47
exponit אחרי טהרתו poſt emundationem ſuam.

לְעֻגָלִים) R. Dauid dicit iſtud eſſe cũ camés: cum ta- 48
men in Bibliis ſit pathách.

Notat fœmineũ, &c.) R. Dauid in Michlól, nume- 49
ro 137. 855, dicit in עוֹנֵבִי iod eſſe additum, non autem ſignum ſecundæ perſonæ.

Vice literæ geminãdæ,) R. Dauid in Michlól & lĩbro Radicũ dicit י eſſe additum, & צ debuiſſe dagheſſari: at motionem magnam veniſſe loco daghés.

2. Semu. 7. 19, וְתִדַּבֵּר) Omiſſum exemplum iſtud ſe- 52
cundæ perſonæ maſculeæ, ex R. Dauid repoſuimus.

52 וְאֵבְרֵכָהוּ) Biblia impressa habent pathách sub ו.

53 Manentibus præteritis in sua proprietate.) R. Dauid habet, בשתעמוד מלה בענינה manente dictione in sua significatione, siue in suo sensu. hoc est, sensu qui præcedebat, integro & consistente in illa dictione, neque sequentia ad completionem illius sensus desyderante. Cui opponitur, non manente dictione in sua proprietate, aut significatione, vel potius sensu: id est sensu nõ consistente in ea dictione, sed iungitur sequentibus ad sensum absoluendum.

Cum accẽtu solo,) Per solum accentũ videtur intelligere accẽtum suspendentem sentẽtiam & aliquãtulum distinguẽtem ac diuidentẽ dictionem illam in qua ponitur, à proxime subsequentibus, sententia imperfecta.

56 קֹדֶם כֵּךְ Antequam, sic.) Videtur legendum Ante, vt conueniat exemplo. Præterea delendum כֵּךְ, & Sic: cum de eo nullum afferat exemplum: & Cap. xxiii doceat ו accipi pro כֵּן.

57 Quod est sicut in tunc:) Hic locus sic legitur in Michlól, Scripsit R. Abrahã filius Hezræ, quòd ista vauin sunt sicut פא רפה in lingua Ismahelitica, quod non deseruit, sed est principium sermonis. Et dominus meus pater meus scripsit in libro הגלוי de omni vau addito in Scriptura quando indicat dictionem deficientem similem illi (cui præponitur.) vt 2. Semu. 13.20, & mansit Tamar & desolata. cuius interpretatio est, tristitia affecta & desolata, vel dolore affecta. & similia in significatione. Et sic Psalmo 76.6, Dormitauit & currus & equus. pro, Dormitauit vir & currus & equus. Daniel 2.12, Rex in furore & ira magna, & dixit. pro,

surrexit & dixit. Genes. 22.4, Die tertia, & leuauit Abrahám oculos suos. Interpretatio eius est, surrexit mane, & leuauit oculos suos, & vidit, &c. Gene. 36.24, Et isti filii Sibhón, & Aiáh & Hanáh. Fuerunt ei & alii filii quorum non meminit, fortassis quòd non esset illis generatio. Hucusque Rab. Dauid, qui nullam facit mentionem ו poni pro tunc: imò 238 & 239, dicit in huiusmodi locis ו redundare. Fortasse Sanctes illa descripsit ex R. Ionáh & R. Leui: aut pro, quod est sicut: scripserat, aut est sicut: quod rectius videtur.

וּפָרָאָה) R. Dauid in Michlól numero 284, dicit hic deficere ב, non ו poni vice ב. 59

יְהוּא) R. Dauid dicit esse pro יְהִיוּ, & א scriptum, esse sicut א in dictione אֲבוּא. 62

פָּרָא) R. Dauid in lib. Rad. & Comment. dicit scribi cum ה, & sic habent omnia exemplaria. Dicendum igitur ה poni vice א, & non contrà, vt ipse Sanctes testatur in Thesauro suo.

כַּלְאֻכָּכָה) R. Dauid in cómentariis dicit sub vltimo כ, esse sèri loco camés, & esse masculeum. non est igitur ה loco י. 63

הַוּבּוּ) R. Dauid in Michlól, 398, dicit debere esse הַוְדַּכּוּ, & ד absorptum in daghés, quanuis daghesse tur כ in signum coniugationis: & daghés, duo exercere officia, grauitatem coniugationis & defectum ד. non dicit ו esse loco ד.

כְּאַרְבַּע) In hoc exemplo & duobus sequentibus, codices impressi habent ב.

תְּהִלֹּת) In exemplaribus impressis scribitur תְּהִלָּה, sed in margine maiorum exemplarium annotatur legendum תְּהִלֹּת, & sic R. Dauid in Commēt. & Michlól 65

numero 65.

65 הֻפְּנוּ) Non eſt hic camés pro pathách, quum in hophál non ſit pathách, ſed chatéph camés.

חֻכְּמָה) In hac dictione camés eſt chatéph, licet ſceuá non adſcribatur.

וְקִרְקַר) Biblia impreſſa habẽt pathách ſub priore ק, quod confirmat R. Dauid in Michlól, 800, 802, dicens pathách poni pro chiric, nõ camés. In Theſauro ipſius Sanctis recte ſcribitur וְקִרְקַר.

אֲמוּלָם) R. Dauid in Michlól, 180, ſcribit ל cũ pathách, quod quidem dicit poni pro ſéri. Correctiora etiam exemplaria habent pathách.

רֹאֲנִי) R. Dauid in Michlól, numero 704, ſcribit per pathách, & dicit ipſum pathách eſſe loco ſéri. Idem dicit in Commentariis: ſcribit tamen nónullos codices habere camés.

66 תְּאַהֲבוּ) R. Dauid in Michlól, numero 485, ſic ſcribit, dicẽdum erat תֶּאֱהֲבוּ, áleph & he cũ ſceuá, vt יֶחֱרְדוּ יֶאֱשְׁמוּ, ſed grauis eſſet concurſus duarum literarum gutturalium cum duobus ſceuaím.

מְשִׁחַת) R. Dauid in Michlól, numero 370, dicit chiric in hac dictione eſſe loco camés, (ſub. chatéph) vel eſſe tóar. Idem ſcribitur in Theſauro ipſius Sanctis.

67 עֲנוּתוֹ) Eſt infinitiuus puhál, vel nomen verbale, vt teſtatur R. Dauid in Michlól, numero 696. Nõ igitur eſt ſcurec loco pathách.

נְגֹב) Eſt infinitiuus puhál, teſte R. Dauid in Michlól, numero 359, propterea non poteſt eſſe ſcurec loco pathách.

שַׁאֲתָה) R. Dauid dicit ſcribi שְׁאָתָה cum camés, vt dilatetur א. Sic etiam habent exemplaria emendata.

לֹחֶם) R.Dauid in Michlól,numero 12 & 882,dicit eſ 68
ſe ſeghól pro ſéri,vt חֶפֶץ.

Argento electo) Vertendum,præ argẽto electior. 75
Sic ſequenti verſu legendum electiorem:vt verbis He
braicis reſpondeant,fructus meus electior præ argẽto.
Et,ſcientiam electiorem quàm aurum.

צַדִּיקֵם) Ita legit R.Dauid: Biblia tamen correctiora 77
habenr צַדִּקִים priore י deficiente, & recte vt teſtatur R.
Eliá in ſcholiis ſuper Michlól.

תְּנֵה) R. Dauid in Michlól, numero 198, dicit eſſe 83
imperatiuum pro futuro תִּתֵּן.

וְיַרְקְרֵק) R.Dauid in Michlól,343,dicit geminationẽ 85
augere ſignificationem. R.verò Elia in ſcholiis Mich-
lól, dicit ſecundũ R.Abrahám abenhezra diminuere.

Interdũ pronomẽ) Locus emendatus ex R.Dauid. 103

Pronomen eſt cũ ה) Reſtitutus itẽ locus ex eodẽ. 105

Adſcribitur) Emendauimus & hunc locũ ex R.D. 106

Item Exod. 8.3,) Deprauatiſſimũ locũ correximus, 109
additis nonnullis ex R.Dauid.

Et in plurali,&c.) Hæc addita ſunt ex R. Dauid vſ- 111
que ad Sed חֲרַשׁ,&c.

טְלָה) Mirum hic per ſéri ſcripſiſſe, cum ipſe in ſuo 112
Theſauro ſecutus R.Dauid in lib. rad.& exẽplaria Bi-
bliorum,ſcripſerit טֶלֶה cum ſeghól.

עֲלָה) R.Dauid ſcribit hoc cum camés & ſeghól.ſic 113
etiam Biblia omnia.

Efferenda autem) Locus reſtitutus ex R. Dauid. 118

רַמְּתֵיהֶם) R.Dauid in lib. rad.ſcribit רַמֶּתֵיהֶם, vbi ta- 119
men dicit in quibuſdam libris correctis ſcribi ר cum
camés(ſub.chatéph)vt חֲרַשֵּׁיכֶם.

פְּרָם) R.Dauid dicit ר ſcribi cum pathách,debuiſſé- 120

que dagheſſari,& ob id ב habere camés.

122 Venit inſtar ſingularis) Hoc addidimus ex Michlól,numero 920. Per ſingularem autem,intelligit maſculinum ſingularis numeri non coniunctum, quod deprehenditur ex paulo poſt(922) ſequentibus,vbi vocat ſingulare ſeparatum.

Tunc eſt cum camés,quia eſt dictio lõga,teſte,&c.) Sic apud R.Dauid,921, tunc camés eſt loco ſuo vt par eſt: & propterea quòd dictio eſt longa, relinquitur ei camés ipſius נְפוּץ.

123 Arcam vnam.) R. Dauid,921, dicit iſtud eſſe coniunctum,arcam vnius,id eſt arcam viri vnius.Sequens exemplum non eſt huius ſpeciei,vt teſtatur ipſe R.Dauid ex quo emendauimus.

124 Et fœmineorum,) Totum hunc locum repoſuimus ex R.Dauid

126 Veniunt etiam,&c.) Reſtitutus etiã locus ex R.D.

127 . ב cum camés chatéph,) Hunc locũ emendauimus ex R.Dauid vſque ad finem huius ſpeciei.

סְרִיסָיו) Hoc exemplum,& alia huius radicis quæ nõ mutantur in regimine & cum pronomine,R. Dauid ponit in פָּעַיל ſecunda dagheſſata . nam niſi ר obſtaret (inquit) eſſet dagheſſatum.

129 Huius ſpeciei,&c.) Hinc abſtulimus כִּילֵי,quòd nõ ſit huius ſpeciei: debet enim ſcribi כִּילִי cum chiric, teſte R.Dauid in lib.rad.ſicque legunt omnia exẽplaria impreſſa,& ita habet Theſaurus ipſius Sanctis.

130 מְנֻחוֹת) R.Dauid in Michlól, 947, ait, Cur ſoleant in Miſnáh legere מְנֻחוֹת mem cum ſceuá,eſt vt oſtendatur radicem eius eſſe מָנָה, vt שִׁפְחָה à שָׁפָה: quòd ſi eſſet à נָחָה,& מ additum,legendum eſſet מְנֻחוֹת mem cũ chi-

ric, vt מְצוֹת, vel cum pathách vt מְרָאוֹת.

Et sic est singulare, &c.) Locus emẽdatus ex R.D. 132

בָּהֳרָה) Sic reposuimus ex R. Dauid. nam נָהֳרָה 133
quod abstulimus, debet scribi cum sceuá, & est alterius speciei.

גְּוָלָה) Hinc sustulimus אֲבָלָה, quòd nõ sit huius speciei, quia habet camés sub prima: præterea accẽtum in penultima, qui denotat ה in fine esse additum ad motum designandũ, aut aliquid simile, aut redundare, nec esse formatiuum nominis. nam dicitur אֲבֵל vt פָּעֵל.

בְּהֶמְתּוֹ) R. Dauid dicit hæc nõ esse à בְּהֵמָה, sed à בְּהֶמְת.

אַלְמְנוּתַיִךְ) In fine huius paginæ 139, (vbi deest aste- 139
riscus) post illud אַלְמְנוּתַיִךְ, adiecerat Sanctes עִבְרוּת, nullo Scripturæ loco citato, quod abstulimus quum nihil ad rem faceret. Iiób 40.6, legitur עִבְרוּת plurale, quod filii Naphthali legũt עִבְרוּת cum seghól, filii verò Aśér עִבְרוּת cum pathách, teste R. Dauid in lib. Rad. & ipso Sancte in suo Thesauro.

וְלוּת) R. Dauid legit וְלוּת, & reponit inter ea quæ ha 140
bent scuréc in fine, consentientibus exemplaribus emendatis.

Et sic רוּסֵם) Emendatum ex R. Dauid. 141

קְמָשׁוֹן) Hæc duo קְמָשׁוֹן & קְלָשׁוֹן delenda videntur, quum à R. Dauid & ab ipso Sancte inter dagheſſata reponantur.

קְעָקַע) Hoc delendum est, quum repetatur in פְּעָפַל 145
vbi & à R. Dauid citatur.

צְלָצַל) R. Dauid dicit esse cum pathách etiã in soph passúc, reclamantibus tamen exemplaribus impressis, in quibus geminum camés scribitur, vt etiam in libro Radicum.

148 Et camés) R. Dauid legit ſequentia cum pathách in fine, & ita habentur in Bibliis, ſiue illa ſint abſoluta, ſiue in regimine. At מִשְׁעָן quod affert R. Dauid cũ iis quæ habent pathách in fine, legitur cum camés 2. Semu. 22. 19. etiam ipſe R. Dauid habet in ſpecie מִפְעָל quæ præceſſit: ita vt videantur illæ duæ formæ miſtæ, cum pathách, aut cum camés in fine.

149 מְתֻעָב) Hic ת habet camés propter ע non dagheſſabile, quod tamen non ſolet reiicere daghés in motionem præcedentem.

Iſtud eſt lene,) Sic emẽdauimus ex R. Dauid apud quem exemplũ proxime præcedens excipitur, dagheſſatis præcedentibus, quæ ipſe Sanctes raphata ſiue lenia ſcripſerat.

151 לְמִישְׁפָּחוֹת לִבְנֵי קְהָת) R. Dauid videtur hunc locũ accepiſſe ex Ieho. 21. 26, vbi legitur, לְמִשְׁפְּחֹת בְּנֵי־קְהָת. quo loco fortaſſe legit לִבְנֵי cum ל, quod in nullis Bibliis ſcriptum reperimus.

152 Cum pathách, &c.) Huius ſpeciei non meminit R. Dauid in Michlól, ſed in lib. Rad. dictionem מַאֲפֵלִיָּה copioſe declarat in radice אָפֵל.

155 Plurale) Hæc emendata fuerunt ex R. Dauid.

157 Cum camés,) Sic R. Dauid: cum tamen impreſſa exemplaria habeant pathách.

164 מְיֵין הָרֵקַח) R. Dauid in Michlól, dicit יַיִן eſſe in regimine: at in lib. Rad. dicit רֵקַח eſſe tóar ipſius יַיִן, aut deeſſe dictionem coniunctam, id eſt quæ ſit in regimine, nempe יַיִן, hoc modo. מְיֵין יַיִן הָרֵקַח.

171 Eccleſ. 3.) Emendatus locus ex R. Dauid.

Cum non gutturalibus.) Mendoſe legebatur cum aliis gutturalibus.

Quando non ſunt,&c.) Locus emẽdatus ex R.D. 174

נִגְלִיוֹת) R.Dauid 1068,ait ex נִגְלוֹת dici נִגְלִיוֹת prima radicali cum camés,cum tamen paulo ante legatur נִגְלוֹת cum ſceuá. 176

Et mutatur) Deeſſe videtur,aut ſubauditur,camés in chatéph pathách,& dicitur חֲנִיוֹת.

Et cum pronominibus,&c.) Locus iſte ſic legẽdus videtur,In ſingulari item cũ pronominibus:præterea in plurali cum pronominibus ſecundæ & tertiæ perſonæ pluralibus: in plurali verò, &c. Sed illa mutatio præcipue ad שְׁנֵיהֶם & שְׁנֵיהֶן plurale maſculeum referri debet,quia ſequentia exempla paulo aliter mutant. 178

Non mutatur) Hæc addita ſunt ex R.Dauid. 179

Venit etiam,&c.) Sic legendũ ſecũdum R.Dauid. 181

Et ſic alia.)Locus emendatus ex R.Dauid.

Et ſic illud,&c.) Hæc addita ſunt ex R. Dauid:alioqui locus erat obſcurior.

מְפֻעַ cũ ſceuá) Hanc ſpeciem addidimus ex eodem. 184

Neque eſt) Hunc locum prorſus corruptum, emẽdauimus ex R.Dauid. 193

Sed 2.Semu.&c.) Ab hoc loco vſque ad finem huius ſpeciei hæc ſunt reſtituta ex R.Dauid. 196

נ ſine daghés.) R.Dauid ſcribit, נ cum daghés, dicitque plurale iſtud primæ perſonæ eſſe ſimile ſingulari tertiæ perſonæ,& ex contextu tantum dignoſci. 203

הִתְפַּעֵל.) Secundum R.Dauid in Michlól,185 & 193, exempla quæ afferũtur illius coniugationis,ſunt cõpoſita coniugationis hophál & hithpahál. At ſecundum aliquos, vt Abrahám de Balmis, eſt coniugatio cuius non cõmemoratur nomen eius qui agit,paſſiua ipſius hithpahál.Num.1.47, לֹא הִתְפָּקְדוּ non fuerũt numerati. 215

218 (Vt inquit R. Dauid in Michlól) Hæc verba delenda videntur, loco non conuenientia, neque vſquam in ipſa priore parte Michlól, nec in ſecunda quæ eſt radicum, reperire vllo modo potuimus.

222 Geneſ. 22.18,) Locus iſte ex ipſo libro Sachút R. Abraham emendatus.

Non eſt autem) Etiam hic locus ex eodem libro Sachút reſtitutus eſt vſque ad hæc verba, R. quoque Dauid, &c.

227 הִשְׁיא) Huius verbi hiphíl, eiuſdē videtur eſſe ſignificationis cum ipſius cal ſignificatione, vt hinc auferē dum videatur.

237 1. Semu. 17.45,) Hoc exemplum ex pihél per imprudentiā reliquiſſe videtur, quum huiuſmodi non ſoleat admiſcere verbis cal, vt facit R. Dauid, ſed ſingula ſuis locis ſcribat.

238 שִׁוַּעְתִּי) R. D. hoc loco cōmiſcuit nōnullas perſonas pihél, hiphíl, & aliarū coniugationū: vnde Sanctes hoc exemplum deſumpſit, ſcribens tamen ש cum camés, vt ſit ex cal, contra omnium noſtrorum exemplarium & ipſius Kimhi lectionem. Eſt enim שִׁוַּעְתִּי ex pihél.

241 עֲשִׂיתָן) R. Dauid in Michlól, numero 43, dicit, in hoc exemplo ן poni loco ם, & maſculeum referre. Idē dicit in cōmentariis, ſed addit, poſſe etiā fœmineū eſſe.

244 Licet hæc non cadat ſuper illam,) id eſt, quanuis לִי non proferatur continuo & eodem ſpiritu cum אֹיְבָתִי, ſed ſeorſum & ſeparatim. eſt enim אֹיְבָתִי cum duobus paſcethim, qui aliquātulum prolationem ſuſpendūt. Hic locus eſt ex R. Dauid emendatus.

253 אֲעָלְצָה & אֲעוֹבְבָה) Hæc excipienda ſunt, quòd habeant ſegholſub prima radicali.

At in dictione) Hæc repoſita ſunt ex R.Dauid. 254

יַעֲלוּ & יַעֲלֻוּ) Hæc habent pathách ſub prima radicali ob gutturalem,propterea excipienda. 256

Secunda & tertia,&c.) Sanctes inter errata repoſuit hunc locum,quem voluit ſiclegi,Tertia perſona pluralis fœminea variatur cum chólem,&c. quod tamen non ita emendauimus,ſecuti R.Dauid. Fortaſſe ita emendauerat Sanctes,quòd exemplum perfectorum ſecundæ perſonæ coniugationis cal non reperiſſet. 258

Ruth 1.11,) Hæc exépla ſecundæ perſonæ addidim'.

Ponitur etiam) R.Dauid dicit in Michlól,numero 329, infinitiuum & nomen verbale inueniri inſtar lapidis primi,id eſt vt præteritum,hoc eſt habere aliquá do formam tertiæ perſonæ præteriti. 260

הִשְׁמִידָ) R.Dauid habet hoc exemplũ poſt illa quorum ה in macór ſcribitur cum chiríc:dicit tamen iſtud ſcribi cum pathách,& ita habent exemplaria emendata. Sed 2.Reg.10.17,legitur עַד־הִשְׁמְדוֹ donec conſumeret ipſe.Et R. Dauid in cómentariis in hunc locú dicit ה eſſe cú chiríc,quòd aliquando ita veniat macór.

In ſingulis) Hæc verba addidit Sanctes præter R. Dauid,qui tantum dicit,in פְּקוּדָתוֹ & פְּקוּדָתֵךְ tertiam eſſe cú camés:quia in פְּקוּדָתָם tertia ſcribitur cú pathách. 275

Vbi memoria,&c.) Ante hæc verba,Sãctes adiecerat,Poſtremo cum ſceuá & chólem, vt פְּקֹר. quæ verba propterea abſtulimus quòd in fine hui'macór nullam illius faciat mentionem,ſed nec ipſe R.Dauid.

עַמְּךָ) In quibuſdam codicibus מ ſtat cum gahiá, teſte R.Dauid.. 276

Vel פְּקֹדוֹ &c.) Hæc repoſita ſunt ex R.Dauid vſque ad illud Alii tamen,&c. 278

280 אֶקְרָאֶךָּ) Exemplaria omnia emendata habent hic reuiah אֶקְרְאֶךָּ.

282 יִעִירֵנִי) Nulla vidimus exemplaria quæ habeant נ cum daghés.

289 וְקָאם) R. Dauid in Michlól, dicit hic א poni loco י, at in lib. Rad. ponit radicem קום.

וְרָאֲסָהּ) R. Dauid dicit in dictione רָסָה, áleph quiescere post primum camés: quod quidem áleph apparet atque mouetur in dictione וְרָאֲסָהּ.

290 יָשֻׁב) Omnia exẽplaria quæ vidimus habẽt hic chatéph camés יָשֳׁבוּ־נָא.

294 וַתֶּחַשׁ) R. Dauid dicit hoc posse deduci à quiescẽtibus lámed he.

299 קְרָאן) Exemplaria impressa habent seghól sub ר, licet R. Dauid dicat esse cum sẽri.

300 Et forma eorum, &c.) Hæc sunt emẽdata ex R. D.

Deficit tamẽ, &c.) Sic habet R. Dauid, Aliquãdo deficit ה, & relinquitur ת: vt וְעָשְׂתָה pro וְעָשְׂתָה. vel ת est loco ה fœminei, & tertia radicalis deficit. Mutatur, &c.

301 Et dicendũ erat, &c.) Locus restitutus ex R. Dauid.

303 וַיִּסַּח) Codices impressi habent ם cum daghés coniugationis niphál signo.

אֲחוּ & וַיֶּחֱל habẽt camés ob distinctionem, teste R. D.

304 Ne vnũ quidẽ, &c.) Multa hic erant deprauata quæ restituta sunt ex R. Dauid, subobscura tamen.

305 Ratio item, &c.) Locus emendatus ex R. Dauid.

306 וְנוֹשַׁיהֶם) R. Dauid dicit hanc dictionem esse pluralem pro singulari, ad ornatum.

314 Tertia quæ est א, quiescit vt קִיא,) Videtur dicendum, tertia quæ est ה, quiescit, vt קִיָּה.

318 Præter normam,) Id est, quum non iungatur mo-

nosyllabo, aut dictioni longæ.

נָשָׂא) Omnia exemplaria habent נָשָׂא cum ש sinistro, quod ferre significat: & ita interpretatur R. Dauid. non est igitur dicendum א poni loco ה. 319

Teste R. Dauid.) Vbi R. D. dicat מְשַׁחְתּוֹ esse nomen, neque in Michlól, nec in lib. Rad. reperire potuimus. 320

Et defectiuum,) Ante hæc verba abstulimus לָקוֹחַ, Deut. 31. 26, quòd in infinitiuo locum habeat, in quo & à R. Dauid citatur. Sunt tamen qui putent esse imperatiuum: alii dicunt esse infinitiuum loco imperatiui. 322

Confirmat quòd interdũ deficiat daghés,) Rectius sic, subsistit, aut remanet, quia interdũ deficit daghés, vt 1. Semu. &c. 325

לְצָיִם) Est ex quiescentibus haáin vau, non ex geminatis. 327

חָגוֹ) Hæc forma est infinitiui: nam imperatiuus secundum normam debet esse חֲגֵה. 329

Quia nunc, &c.) Locus iste sic legẽdus ẽst, Et variatur: quia prima litera radicalis aliquando est cũ sẽri, aliquãdo cum seghól, aliquãdo cũ chiric, vt Num. 22. 14. 332

א cum pathách,) Hunc locum sic intellige, Secunda radicali existente א, prima est cum pathách. 337

תִּרְבְּרֶנָּה,) Exemplaria emendata habent sẽri. 337

מְסַבֵּי) R. Dauid reponit hanc dictionem inter beneniim coniugationis hiphíl: nec video cur Sãctes hîc adiecerit. 346

יְהוֹלְלוּהוּ,) Ante hæc verba, deleuimus exemplũ וְיִתֶּנְךָ quòd nõ videretur huc pertinere. Eadem ratione abstulimus תְּחַכֵּם, quod paulo post sequebatur. 347

Secunda etiam, &c.) Totus hic locus vsque ad hæc verba, Inuenitur, &c. emendatus est ex R. Dauid. 348

353 Et quáuis,&c.) Hic locus etiã emẽdatus eſt ex R.D.

תְּצַפֶּנְנִי) Exemplaria emendata legunt תְּצַפְּנֵנִי ſine daghés in צ,& פ cum daghés.

354 הִפָּלֵיתָ) Hæc vſque ad benoni declinauit Sanctes more deſinentium in ה.

357 Scuréc,) Sic R.Dauid:quo verbo intelligit Kibbuz ſephatáim,vt aliás ſæpe.

358 Et ſine ה) Ante hæc verba legebatur,Quãquam nõ eſt ex hoc binián:quod abſtulimus,propterea quòd cer tum ſit verbum præcedens eſſe huius binián. fortaſſe ſcribẽdum fuerat, Quanquam non eſt ex hoc macór. quum habeat formam imperatiui.

363 וַיִּבֶץ) In Bibliis legitur וַיֶּבֶץ, quod eſt cõiugationis cal à מָצָה.propterea hinc delendum videtur.

371 וַיְשֻׁג,) Exemplaria impreſſa habent ſéri.

376 הֶקְלַחֲנִי) R.Dauid ſcribit ה cũ ſceuá & ſeghól, Biblia verò impreſſa habent ſceuá & pathách.

378 הִיְחַבְּרֵךְ) Eſt coniugationis puhál,teſte R. Dauid in Michlól,357.propterea vertendum eſt,& coniungetur tecum,aut adhærebit tibi.

381 וְנִשְׁבְּרוּ) In hoc exemplo & duobus ſequentibus,ſceuá,non pathách vertitur in camés.

וְנִקְדָּשׁ) Exemplaria impreſſa habẽt hic pathách ſub ר.item Lexicón R.Dauid & Michlól,in quo tamen numeratur inter ea quæ habent camés ſine diſtinctione.

381 כִּי־נֶאְנָחָה) In hac dictione prima radicalis habet tãtum ſeghól,& pertinet ad paulo póſt ſequẽtia quæ habẽt primã cum ſeghól, & ſecundã cũ ſceuá quieſcẽte.

382 & 383 בֵּחֲרֵנִי) Biblia impreſſa habent ſéri ſub ר,cũ accentu: & ב cum ſeghól,vbi tamẽ debet eſſe ſéri motio ipſius ה perditi,teſte R.Dauid in Michlól.

הַנִּרְאֶה) Exemplaria emendata habent א cũ ſeghól. 389

נִסַּגּוּ) Eſt à סוג, ob id delendum. 396

וְהִשְׁתַּחֲוִיתִי) Eſt cũ ſeghól loco pathách, teſte R. Dauid. 400

Et defectiuum, &c.) R. Dauid in commẽt. dicit in יוּשַׁד daghés poni loco literæ geminatæ, & ſcribi cum ו & daghés. Et in Michlól, reponit inter ea quæ ſunt coniugationis hophál. Idem dici poteſt de duobus ſequentibus יִחֵן & יועַם, eſſe coniugationis hophál. Igitur delenda videntur hoc loco: quia etiam in fine ipſius coniugationis hophál in hoc libro leguntur. 414

וַיִּתְמַהְמַהּ) R. Dauid dicit poni camés ſub vltimo מ propter ſcilſcéleth, quòd ſit ei vis diſtinguendi: Biblia tamen impreſſa habent pathách. 418

וְהַפְּתִיתִי) R. Dauid dicit hic י poni loco ו, pro וְהַפְּתוּתִי inſtar וְהַסְּבוּתִי, nullam mentionẽ faciens de cõpoſitione. 420

בְּבֵין חָצִיר) Quædam exemplaria habẽt כְּבֵין, & ita legit R. Dauid in commentariis, dicens caph in כבין eſſe ſeruile, & in augmentum explicationis: quia ſatis erat dixiſſe בין tantum, & caph idem eſſe quòd beth in בתוך At in Michlól, 1175, & libro Radicum, dicit beth ſeruile ei eſſe aſcitũm ad augmentum explicationis. 427

מָעֳרֶה,) R. Dauid & ipſe Sanctes in ſuo Theſauro, ab hoc deducunt מְעֹרֶה, & non ab עֳרֶה. 439

Folio	Verſu	
11	30	ſcurec, ſiue cholem, ſiue camés chatéph,
21	6	hoc modo אָ. Nume. 31.42, וַיִּקְרָא לָהּ & vocauit eam.
21	31	igni. Quando item talſca
22	3	deſeruientes, tunc literæ
36	24	Iudic. 6. 17, fac mihi ſignum שְׁאַתָּה quòd tu loquaris
36	25	animal ſunt. Seruit etiam ש cum ל, & eſt vna dictio, Eccleſ. 8.17, שֶׁלַּאֲשֶׁר propter quod laborat homo.
51	7	וַיִּחֲלוּ.
63	1	& cum ר, & non cum ד ſcripta.
128	6	פַּעוֹל
142	12	ל, pro סִלְלוֹן.
222	14	neſ. 22.18,
222	31	benedicentur
229	12	appropinquare fecit:
262	17	loquemini.
266	15	Cum ſecundo,
285	25	ſequuntur
286	14	Periens.
291	17	Imperatiuum
328	30	שַׁמְתִּי
378	12	ſecundum

Loci aliquot Sacræ ſcripturæ in his Inſtitutionibus explicati.

Gene.1.1, In principio creauit Dii cælum & terram.79. 1.2, Cõpleuit Deus die ſeptimo opus ſuum.43. Et 7, Iam autem formauerat.56. Et 19, Et adduxit ad Adam vt videret quid vocaret illud.2. 3.8, Et abſcondit ſe Adam &c.398. Et 20, eo quòd eſſet mater omnium viuentium.440. 4.23, Virum occidi in vulnere meo.46.260. 6.7, Delebo hominem quem creaui.441. 12.3, Et benedicentur in te.221. 18.18, Et benedicentur in eo.222. Et 25, Sicut iuſtus ſicut impius.41. 19.19, Vrbes in quibus habitauit.447. 20.10, Et in omnibus eruditus ſe.220. 22. 18, Et benedicent ſe in ſemine tuo.222.223. 26.35, Fuerunt exacerbans ſpiritum. 447. 27.27, Vide odorem filii mei.443. Et 29, Maledicentes tibi maledictus.448. 33.7, Et poſtea accedere factus eſt Ioſeph.225. 37.18, Et cogitauerunt aduerſus eũ.220. 41.1, Et Parhóh ſomnians.260. 44.18, Sicut tu, ſicut Parhóh.41. 48. 2, Et nuntiauit ipſi Iahacob.229. 49.9, Aſcendiſti, incuruauit ſe &c. 445. 49. 22, Filiæ incedebat.448.

Exod.3.2, Rubus ardebat in igne.445. 4.19, Et iam dixerat Dominus ad Moſéh.56. 5.21, Fœtere feciſtis odorẽ noſtrũ &c.443. 11.6, Et fuit clamor in vniuerſa terra Ægypti, qui ſicut ipſe non fuit.75.76. 14.10, Et Parhóh appropinquauit.229. 16.35, Ad terram habitabilem factam.224. 17.12, Fuit manus eius.448. 18.6, Et iam dixerat ad Moſéh.56. 20.18, Et omnis populus videbant voces.443. 22.8, Et appropinquari fiet Dominus domus ad Iudices.225. Et 22, Omnem viduam & pupillum non affligetis.442. 23.19, Non coques hœdum in lacte matris ſuæ.441. 33.6, Expoliauerunt ſe filii Iſrael ornamento ſuo.226. 36.10, Et coniunxit quinque cortinas, vnam ad vnam.86.

Leuit.1.2, Homo quum obtulerit ex vobis oblationem.445. 5.5, Et confitebuntur peccatum ſuum.405. 9.21, Et benedixit eis poſtquam deſcendit.56. 10.6, Non moriemini, & ſuper Synagogam &c.446. 11.3, Omne quod habet diuiſam vngulam &c. 440. 13.7, Poſtquam mundauerit eum, oſtendetur ſecũdo &c.47. 18.24, Ne polluatis vos in omnibus iſtis.217. Et 28, Sicut euomuit gentem.313. 19.36, Ephàh iuſtũ, & hin iuſtum.441. 20.2, Qui dederit de ſemine ſuo Mólech.441. 26.28, Corripiam vos ſepties.441.

Nume.28.26, Poſt hebdomadas veſtras.43. 31.3, Accingite ex vobis viros ad pugnam.220. 33.15, Et iam profecti erant de Raphidim.56.

Deut.22.8, Facies murum tecto tuo.441. Et 9, Quod ſeres ante fructum vineæ.56. Et 10, Non arabis in boue & aſino pariter.441. Et 13, Quum fuerit puella virgo.75.76. 13.10, Vir qui non fuerit mundus ab accidente noctis.441 29.19, Et benedixerit ſe in corde ſuo.398. 33.16, Veniat ad caput Ioſeph.313.

Ieho.10.19, Et decaudabitis eos.70. 18.5, Et diuident ſe in ea.221. 24.19, Quia dii ſicuti ipſe.79.

Iudicum 1.8, Et ciuitatem miſerunt in ignẽ.445. 5.15, In phiala dominis obtulit butyrum.80. 6.15, Domini mei in quo ſaluatio.79. 11.31, Et erit Domino, vel offeram illud holocauſtum.54. 12.7, Sepultus in vrbibus Ghilhad.447. 13.17, Quod nomen tuũ.430. 18.7, Et non confundentẽ, &c. poſſidentem.446

1. Semue. 1.1, Vir vnus de Ramathá im.447. 2.3, Ne multiplicetis, &c. egrediatur vetus.447. Et 5, Donec ſterilis peperit ſeptẽ.442. 4.15, Et oculi eius caligauit.448. 5.3, Dagon ceciderat ſuper faciem ſuam.46. 18.4, Et exuit ſe Iehonathan pallio.221. 30.15, A die ipſa ſupra.54. 15.27, Benedictionẽ hanc

quam attulit ancilla tua.74.76.

2. Semuel.3.12, Per quem est terra.47. 5.9. Et ædificauit Dauid in circuitu à Millo intrinsecus.54. 13.5, Et ægrotabis.398. Et 19, Et desyderauit Dauid.76. 20.10, Et Hamasa non custodiuit se à gladio .224. 22.27, Peruersus eris.445. Et 46, Et formidauerunt. 445.

2. Reg. 1.38, Et Benaiáhu filius Iehoiadáh super Cerethi &c.54. 6.1, Anno quarto, mense Ziu &c.448. 22.28, Audite populi omnes ipsi.446.

2. Reg.5 23, Et ligauit duo talenta argenti.78 9.30, Et posuit in stibio oculos suos.445. 18.4, Aminonulus.85.

2. Paral.9.22, Et magnificatus est Selomoh præ omnibus regibus terræ.440. 28.19, Propter Achaz regem Israel.442.

Hezræ 10.10, Trementes propter verbum.129.

Nechem.5.12, Et ex eis non quæremus: sic quod faciemus quemadmodum tu dicis.60. 9 25, Et saturati sunt, impinguati sunt 219.

Ester 8.1, Quia nuntiauerat Ester quid esset ei. 431.

Iób 16.7, Nunc vexauit me, desolasti &c. 446. 19.3, Decem vicibus confũditis me.443. 28.17, Non æquabitur ei aurum, quanto magis vitrum?54. 38.12, Scire feciſti auroram locum suum. 216. Et 21, Num nosti quòd tunc nascitu rus esses?444. 40.19, Et in fune merges linguam eius.445.

Psal.1.3, Plantatum secus riuulos aquarum. 447. Et 5, Non resurgent &c. & peccatores.446. 9.19, Non in seculũ &c. patiẽtia pauperum &c.446. 12.7, Pur gatum septuplum.443. 24.5, Hic accipiet benedictionẽ à Domino &c.453. 25.17, Angustiæ cordis mei dilatatæ sunt. 229. 34.9, Gustate & videte quoniam suauis Dominus. 443. 40.11, Veritatem tuã & salutare tuũ &c. 448. 44.19, Non est conuersum &c. & declinasti &c. 446. 45.5, Et mansuetudinem iustitiæ.100. 49.17, Ne timeas quum ditatus fuerit vir.229. 50.8, Non super sacrificia &c. & holocausta &c.446. 57.5, Anima mea in medio leonum, iaceo ardentium.447. 65.10, Visitasti terrã postquam desyderare feciſti eam.56. 66.12, Ingressi sumus ignem & aquam.54. 68.24, Rubescat pes tuus.445. 69.3, Et non est firmatus.350. Et 32, Pulchrior erit Domino quàm bos, iuuẽcus.447. 72.16, Ditabitur sicut Lebanon fructus eius. 445. 74.7, Miserunt in ignem sanctuariũ tuum.445. Et 18, Ne tradas bestiæ.102. 79.7, Comederũt Iahacób.453. 81.17, Et comedere fecit &c. melle saturabo te.446. 83.4, Et consilia capient.309. 90.6, Et propinasti eis in lachrymis mensuram. 444.451. Et 14, Exterminauit eam aper de sylua.207. 104.6, Super montes stabunt aquæ. 445. 107.18, Omnem escam abominata est anima eorum.440. 109.2, Quia os impii & os doli.102. Et 3, Et pugnauerunt mecum.220. Et 4, Et ego orationis, 102. Et 23, Sicut vmbra cum declinat, ambulare factus sum. 119.8, Præcepta tua custodiam, 448. Et 137, Rectũ iudicia tua.448. Et 164, Septies in die laudẽ dixi tibi. 441. 120.7, Ego pacis. sub. vir.102. 133.2, Sicut vnguentum bonum. 41. 138.2, Quoniam magnificasti super omne nomen tuum eloquium tuum.444. Et 7, Super etiam inimicos meos &c.444. 139.14, Mirabilia opera tua.448.

Prouerb.1.20, Sapientiæ foris prædicabit.448. 3.18, Et fulciẽtes eam beatus. 448. Et 35, Stulti exaltat ignominiã.448. 13.1, Filius sapiens eruditionẽ patris, & delusor non &c.447. Et 7, Est se ditans, & non est quicquam.398. 14.1, Sapiẽtes mulieres ædificauit &c.448. Et 25, Et loquitur mẽdacia, doli.447. 17.26, Dã num inferre iusto non est bonũ, percutere, &c.446. 18.8, Verba bilinguis quasi percussiones.445. 24.16, Septies cadet iustus.442. 25.6, Ne glorifices te coram rege.398. 28.17, Hominem calumniatũ in sanguine.81. 30.3, Non didici sapien

tiam & ſcientiam ſanctorum.447.

Eccleſiaſt.1.9, Et non eſt omne nouum ſub ſole.441. 7.28, Dixit Eccleſiaſtes.76. 11.9, Lætare iuuenis in adoleſcentia tua.250. 12.8, Concionatrix.38.

Cant.1.2, Oſculetur me ex oſculis oris ſui,35.

Ieſa.1.8, Sicut ciuitas obſeſſa.387. 4.1, Et apprehendent ſeptem mulieres virum vnũ.443. 6.12, Et multiplicabitur quæ derelicta eſt, in medio terræ.442. 10.1, Et ſcribere facientes, dolorem ſcribere fecerunt.227. 14.6, Plaga abſque declinatione.102. 22.19, Expellã te de ſtatione tua, & de ſtatu tuo deſtruet te. 446. 33.9, Confuſus eſt Libanus.219. 42.24, Peccauimus ei, & noluerunt in viis eius ambulare.446. 44.21, Ne obliuiſcaris mei.390. 45.4, Vocaui te nomine tuo, cognominabo te.202. Et 15, Verè tu es Deus abſcondens te.398. 51.21, Et ebria, & non à vino.102 66.12, Cælos nouos & terram nouam ego faciens.260.

Thren.4.21, Gaude, & lætare filia Edóm.150.

Iechez.1.4, Et de medio eius quaſi ſpecies angeli.207. 6.9, Contriui cor eorum, 210. Et 12, Et obſeſſus.387. 20.39, Vnuſquiſq; ad idola ſua ite.250 26.19, Sicut vrbes quæ nõ habitabiles factæ.224. 29.7, Et nutare facies eis.445. 44.17, In porta atrii interioris intrinſecus.54. 46.6, Iuuencum filium bouis immaculatos.80

Dani.7.10, Decem millia.95. 9.23, Quia deſyderiorum es.102.

Hoſeah 5.13, Et vidit Ephraim &c.442. 7.4, Donec fermentetur ipſa.131. 11.13, Et per prophetam ſeruatus eſt.224

Hamos 4.4, Ingredimini Bethel.150. 5.16, Et luctum ad ſcientes lamentum.444. 6.6, Super contritione Ioſeph.441.

Ionah 1.5, Ad latera nauis.447

Michah 1.5, Quæ præuaricatio Iahacób? 430. 6.9, Et ſapientiæ (ſub.vir) timebit, &c.102.

Zecha.3.9, Super lapidem vnum ſeptem oculi.442. 9.9, Et ſuper pullum filium aſinarum.447.

QVAE HOC LIBRO TRACTANTVR.

A,ab 35.46.422
Abſoluta nomina inſtar cõiunctorum 100
Abſtracta nomina 70
Accentus deſeruiẽtes 20
Accentus diuidentes, ſiue reges 19
Accuſatiui caſus ſignũ 46
Ad 43.424
Ad õccidentem 40
Additæ literæ 34
Adeò vt 43.46
Adiectiuum nomen,hattóar 80
Adiectiua ſine caſu,pro aduerbiis 433
Adiectiuo & ſubſtãtiuo ſimul,ת præpoſitum 38
Adiurationis aduerb. 428
Admirantis aduerbiũ ה 39
Aduerbiorum genera 428
Aduerſus 426
AEdificium Hebræis, Cõiugatio Latinis 214
AEnigma 455
AEquiuocũ nomen 200
AEtiologia 457
Anaphora 453
Anaſtrophe 455
An 39
Ante,poſt 43.423
Antiproſopon 453
Antiptoſis 453
Appellatiuum nomen 69
Appellatiuo nomi.præponitur ה notificatiuũ 70
Ex Appellatiuis formata nomina 70
Apoſtrophe 454
Apud 46.425
Athemerachic quid 23
Athnach 19
Auxeſis 454
Azla 19

C

Cal verbum 214
Cal & pihel idem ſignificant 217.226
Cames vice quorum punctorum ponatur 65
Cames catan 7
Cames chateph 8
Cames chateph & cholem æquantur 118
Cames ghadol 6.7
Cames raptum 8
Carné pharáh 19
Caſuũ varietas quibus li-

teris fiat apud Heb. 69
Catachresis 454
Centum 94
Characterismos 454
Chateph cames 8
Chateph pathach 8
Chateph segol 8
Chibbus Sephathaim 8
Chirec 7
Chiric vice quorum punctorum ponatur 66
Chirec sine iod 7
Cholem 7
Cholem vice quorum punctorum ponatur 67
Circa 428
Circiter 40
Climax 454
Collectiuum nomen 201
Communia nomina 200
Comparatiuum (quo carent) quomodo suppleant Hebræi 84
Cõparationis aduerb. 429
Composita nomina 146
Cõpositis nominibus, secundæ dictioni præponitur aliquando ה 38
Composita verba 419
Concretum nomen 80
Ad Confirmationẽ, & rei confirmandam veritatẽ ה positum 40
Confirmationis aduerbia 429
Congregationis aduerbia 429
Coniugationes quot 214. 215.216
Cõiugatio quare vocetur ab Hebræis ædificiũ 214
Cõiugationis grauitas ostensa per daghés 9
Cõiugatio prima, 233. 234. Secunda, 330. Tertia, 348 Quarta, 377. Quinta, 380. Sexta, 400.
Cõiunctio & regimen 120
Coniunctio nominum cũ pronomine 102
Coniunctio nominum cũ nomine & pronomine 99
Coniũcta ad aliquod nomen 101
Coniunctũ ad nomen, in potentia existens 102
Coniuncta ad synonymũ 101
Coniuncta ad aliud coniunctum 101
Coniuncta instar absolu-

torum 100
Coniunctũ habentia in potentia 102
Coniuncta ſequente litera deſeruiente 101
Coniunctũ aliquando deeſt 78
Coniunctiones 434
Contra 426
Cor cæli, cor quercus 201
Coram 423
Cum 43
Cum per ı ſignificatũ 55
D
Dachic quid 23
Daghes lene quo loco ponatur 8.9
Daghes lene & forte quo loco ponantur 8.9
Daghes in ſequenti litera in dictione longa 17
Et Dagheſſata & raphata nonnulla reperiũtur 16
Dagheſſabiles literæ 9.10
Dargha 20
De 36.422
Decem millia 95
Decimus 99
Defectiua nomina 156
Defectiua verba 208
Defectiua verba cal 315
Defectiua cõiugationis hiphil 370
Defectiua coniugationis hithpahal 408
Defectiua verba coniugationis hophal 416
Defectiua niphal 391.392
Defectiua cõiugationis puhal 413
Demonſtratiua pronomina 203.205
Demõſtrationis aduerbia 429
Dentium literæ 27
Deprecationis aduer. 429
Deprecationis modus 232
Deſeruientes accẽtus 20
Deſeruientes literæ 34
Deſeruiente litera ſequẽte, coniũcta nomina 101
Deſeruiẽtes literas interdũ deficere in oratione 59
Diaphoreſis 455
Diatypoſis 455
Dictio vna vice duarum 446
Dictiones aliquando deſunt 443
Dictiones rationales, pro indeclinabilibus 3

Diminutiuũ nomen quibus literis conſtituatur 85
Diſiũctionis aduerbia 429
Diſtinguens accẽtus 18
Diuidens accẽtus, ſiue rex 18
Donec 433
Dualia nomina, & quomodo de pluribus dicãtur, 71.72
Dubitationis aduerb. 429
Dudum 433
Dum 44
Duo, & duo tria, pro paucis 87
Duodecimus 99
Dupliçata verba in cal 322

E

E' 42.43
Eclipſis 443
Emphaſis 455
Enargia 455
Eo quòd 35.36
Epanalepſis 456
Epanodos 455
Epexegeſis 456
Epexergaſia 455
Ephá'h nomine, aliæ menſuræ intellectæ 441
Ephráim pro Iſraele 442
Epicherema 456
Epidiorthoſis 459
Epimone 456
Epiphonema 456
Epitrochaſmos 457
Epizeuxis 457
Erotema 457
Eregione 423
Et, interdum deficere 61
Et, interdũ redundare 58. 452
Et fuit 58
Et iam 56
Et viuet? 55
Etopœia 457
Euphoniæ gratia dagheſſatur aliquãdo litera 10
Ex 35.42.43.46.422
Exallage 457
Exceptionis aduerb. 429
Exclamationis aduer. 429
Exetaſmos 458
Extra 428
Extrinſecus ſcripta 449

F

Figuræ in Scripturis 453
Fœmineũ aut maſculeũ quãdo nominatim exprimãtur in ſpeciebus 73
Fœminea terminatio 78
Fœminea à maſculeis quo

modo diſcernãtur 74. 77
Fœminea habẽtia maſculeum pluralem 77
Fœminea quædam maſculeis iuncta 24
Fœmineum verbum cum nomine maſculeo 450
Frequentius eueniens, cõprehẽdit quod raro 442
Furando furatũ, pro furto ablatum 221
Futurum 232
Futurum cal, & eius punctatura 252
Futurum iunctum pronomini 280
Futurũ vice præteriti 260. 261
Futurũ pro præterito imperfecto, præcedente ɪɴ. 260.262
Futurũ pro præſenti 262
Futurũ vice macor 262

G

Galgal accentus, qui & Iaréach 21
Geminata nomina 144
Geminata verba 208
Geminãtia verba in cal 322
Geminata coniugationis rr.i. hiphil 374
Geminata coniugationis hipthpahal 409
Geminata pihel 346
Geminata coniugationis puhal 413
Geminata in quadratis verbis 418
Genera nominũ duo tantum 72
Genera nominũ ſub quocunq; genere inueniãtur, vtrunque cõprehẽdunt ſignum 72
Gentilia nomina 128.129
Gentile nomẽ quomodo terminetur 83
Gentile nomẽ quomodo conſtituatur 49
Gentile nomẽ per ן ſignificatum 38
Gentilia aduerbia 429
Genus pro ſpecie 441
Ghahaia accẽtus officiũ 12
Gladius acuminum, & Acumen gladii 101
Græcè 429
Gratiâ, cauſâ 426
Graue verbũ quare dicatur 215
Guttur pro ſermone 1

Gutturales literæ 11.27
Gutturalis litera interdū correpta 17
Gutturalis litera cum ſceua accipit & pathach vt producatur 17

H

Hāmacor, ſiue happóhal 82. Vide Macor.
Hāmaſoreth à ſcribis Hebræorū annotatum 450
Hannách 128.241
Happahúl 231
Happóhal nomē, ſiue macor, 82. Vide pohal vel macór.
Happohél 231
Hattóar quid, & in quo differat à participio 80
Hebræa lingua perfectior & copioſior cæteris, propter impietatē Iudæorum pauperior facta 28
Hebraicæ linguæ author Deus 207
Hebraice 429
Hei, Heu 429
Heri 433
Hic, in loco 431
Hiphíl & pohél idē ſignificant 217.227
Hiphíl quatuor modis inuenitur in Sacris literis 227.228
Hiphil coniugatio & punctatura 347
Hirmos 458
Hithpahal cōiug. 398.400
Hithpahal ſignificatio 398 399
Hithpahal pūctatura 401. 402
Hithpahal non eſt tranſitiuum, ſed intranſitiuū 221.222.223.398
Hithpahal & níphal idem ſignificant 217.218
Homœoptoton 459
Homœoſis 459
Homœoteleuton 459
Homo pro animātib' 441
Hophal cōiugatio 414
Hypallage 444.458
Hyperbaton 458
Hyperbole 458
Hyperthеſis 458
Hypozeuſis 458

I

Iaréach accētus qui & galgal 21
Ibi 431
Id eſt 429

Illuc, illic 431
Imperatiui varietas & pũctatura. 248
Imperatiuũ quomodo iũgatur pronomini 278
Imperatiuũ aliquando nõ dirigi ad hominem certum 250
Imperatiua vice optatiuorum & deprecatiuorum posita 233
Imperatiuum pro futuro 261
Imperatiuum per ironiã positum 250
In 35.43.45.46.59.426
Inde 35.431
Indefinita propositio pro vniuersali 440
Infinitiuum 82
Instrumentum denotat ב 43
Intantum 43.46
Inter 427
Intensionis aduerbia 430
Interrogationis aduerbia 39.430
Intransitiua verba 210.226
Intrãsitiua participiis passiuis carentia 242
Intrãsitiua hiphil quomodo differant ab intransitiuis cal 210
Intransitiua verba transeuntia ad pihel, aut hiphil 210
Intrãsitiua cal transeuntia ad niphal, idem significant 212
Ex Intransitiuis quomodo fiant transitiua 211
Intrinsecus scripta 449
Ioseph pro Israele 442
Ironia 459
Ison 459
Israel pro Iehuda 442
Iudaice 429
Iurantis particula ב 43, & ל 47
Iuxta 46.425

K

Kibbus 8

L

Labium pro sermone 1
Labii literæ 27
Lene verbum, cal 214
Leo pro forti 201
Leptologia 459
Linguæ sanctæ author Deus 1
Linguæ diuisio 3
Lingua pro sermone 1

Linguæ literæ 27
Litera quid, quot, earú diuisio & nomina 4.27.34
Literarum potestas 28
Literarú significatio 5
Literæ duplices 5
Literæ dagheſſabiles & nó dagheſſabiles 9.10
Literis tribus constãt verba & nomina 207
Literarum duarú nomina 183.184. Et quatuor, aut quinque 197.199
Literæ aliquando deſunt 443
Literas per pleonaſmon ſæpius redundare 451
Literam vnam pro altera poni 443
Literæ בגר כפת 18
Literæ אהוי & או 18.208
Literas alias præter בגר כפת dagheſſari aut raphari ſi ſequantur literæ אהוי 15.26
Literæ præter כגר כפת in fine dictionis cum ſceua 14
Literæ quieſcentes in fine dictionis 14
Literæ radicalis deficiẽtis loco ponitur dagheſ 9
Litera deſeruiente ſequente coniúcta nomina 101
Localibus nominibus apponitur ה 38
Loci aduerbia 431
Locú ſignificans ב 43
Loco lapidis 46

M

Maarich 20
Maccaph 20
Cum Maccaph nonnulla dagheſſata 22
Non omne Maccaph eſt accẽtus deſeruiens 22
Macor & eius varietas ſiue púctatura 82.232.246
Macor iunctú pronominibus 275
Macor aliquãdo pro præterito, participio, imperatiuo & futuro 83
In Macor literæ בגר כפת quãdo dagheſſantur 16
Magis, plus 35
Manus fluminis 201
Maſculinum aut fœmineum Scriptura nominatim exprimit 73
Maſc. à fœmineo quomodo diſcernatur 74.77

Maſculea & fœminea ſi mul 74
Maſculea quædam habentia plurale in ni 78
Maſculea plurali numero, à ſingulari fœmineo 77
Maſculea quædã fœmineis iuncta 76
Maſculeum verbũ cũ fœmineo nomine 450
Maſoreth à Scribis Hebræorum annotatum 450
Metabole 450
Metaphora 460
Metaplaſmus, antitheſis 443
Metaſtaſis 460
Per Metatheſin multa dici 445
Metonymia 460
Millàh, ſiue milláth hattaham quid. 3.421
Mille 94
Miniſtrantes accentus 20
Miniſtrantes literæ 34
Modi verborũ 230.231.232
Molech pro omnibus idolis 441
Motiones magnæ & paruæ 6.7

N

Necuddoth 6
Negatiua aduerbia 432
Negationem non ſolum poſtpoſitã, ſed & præpoſitam ſigno vniuerſali, ſue æquipollere cõtrariæ 441
Ne forte 59
Ne tranſiret 36
Niphal coniugationis pũctatura 380
Niphal aliquando reperitur ſine pahal, & contrà 225
Niphal & hithpahal idem ſignificant 217.218
Niphal actiuum in ſeipſo 219.223
Niphal interdum, aut totum paſſiuum 223.225
Nomen quid 3.68
Nominis diuiſio 69
Nominum diuiſio ſecundum dialecticos 200
Nomẽ non variatur per caſus apud Hebræos 68
Nominum ſpecies 108
Nomina generum & ſpecierum 70
Nomina duarum literarũ

quomodo punctentur, 182.183.184
Nomina quatuor & quinque literarum 197.199
Nomina composita 146
Nomina geminata 144
Nomina defectiua 156
Nomina quorũ extrema quiescunt 187
Nomina tantũ singularia, aut tantũ pluralia 70.71
Nomina venientia à verbis geminatis 188
Nominum regimen siue coniunctio 99
Nominum coniunctio ad nomen & ad pronomẽ 99.102
Nomen singulare iunctũ verbo plurali 448
Nomina in n, vel n desinẽtia 129.136.139
Nomina vtroque in genere inuenta 73
Nomen pro tu, aut es 430
Nomini proprio nõ apponitur n notificatiuũ 37. 69
Non, semel positũ, quod debebat iterari 446 447
Non facies omne op' 441
Nónne 55
Nosaphóth literæ 34
Numerorum notæ 97
Numeralia à viginti ad cẽtum 92
Numeralia cardinalia vsque ad viginti 85
Numeralia ordinalia 98
Numerorum ordinalium plurale 129
Numeraliũm nominum coniunctio 87
Numero minori memorato maiorẽ omitti 442
Numerum determinatũ pro indeterminato poni 442
Numerus pluralis pro vno è pluribus 447
Numerum pluralem dici de singulari 450
Nunc 433
Nunquid 39.55

O

O, quæso 429
Oculus terræ 200
Omnem viduam non affligetis 441
Optandi aduerbia 432
Optatiuus modus 232

Orationis particulam frequenter ligari cũ dictione remota 448
Ordinis aduerbia 432
Ordinalia nomina 98
Os pro ſermone 1
Os terræ 201

P

Pahal aliquãdo reperitur ſine niphal 225
Palatum 27
Palati literæ 27
Parabola 460
Paradigma 461
Paradoxa 461
Paraproſdocia 461
Parentheſis 461
Pariſon 461
Parœmia 461
Paronomaſia 461
Pars pro toto 441
Pars portionis 101
Participiũ actiuum & paſſiuum 231
Participii tam actiui quã paſſiui punctatura 241. 245
Participia quomodo iungãtur pronominib⁹ 271
Participia pluralia primæ coniugationis 243
Participiũ paſſiuum pro actiuo, & contrá 261
Participiis paſſiuis carẽtia verba 242
Participium verbi aliquãdo ſubaudiendum in oratione 444
Paſcéth 19
De Paſéc regula 21
Pathach vice quorum pũctorum ponatur 67
Pathach ghadol & caton 7
Pathach prolatio interdũ producta in aliis literis quàm gutturalibus 17
Patronymica nomina 129
Pazer ghadol, & cathon 20
Penes 425
Per 428
Perfecta verba 208
Perſonæ verborum 230
Perſonæ ſingulares præteriti primæ coniugationis 235.237
Perſonæ plurales præteriti 238
A Perſona vna ad aliam tranſitus 445
Peuſis 461

Pihel coniugatio, & eius punctatura 330
Pihel coniugationis quiescentia 338
Pihel haddaghus aliquãdo idem significat quod hiphil 226
Pihel haddaghus quare dicatur 330
Pihel cum pronominibus 338
Pleonasmos 462
Pluralis signum, ין, aliquãdo deesse 77
Pluralia quædam masculea in ים terminata etiã in regimine 78
Pluralis numerus aliquãdo honoris gratia dicitur de singulari 79. & siue honore 80.
Pluralis numerus pro vno è pluribus 447
Póhal nomen siue macor 82
Pohel haccabed, quarta coniugatio 377
Pohel & hiphil eiusdẽ significationis 227
Possessionis interrogatiua aduerbia 431
Post, postquã 43.47.56 428
Postea 432
In Potentia existens nomen 102
Præ 35.36
Præpositiones 421
Præterea 432
Præteritum 230
Præteriti primæ coniugationis punctatura 235
Præteriti personæ singulares & plurales 235,238
Præteritum pro imperfecto 260
Præterito præpositú ה, significat אשר 39
Præteritũ vice macor 260
Præteritũ pro futuro 259
Primus 98
Pro 46.424
Procatalepsis 462
Pronomen quid 201
Pronominis diuisio 202
Pronomen separatũ 202
Pronominum coniũctio cũ nomine & cũ verbo 102.103.202.262
Pronomina quomodo iũgantur præteritis, participiis, macor, imperati-

uo & futuro,265.271.275 278,280
Pronomẽ primæ perſonæ non iungitur verbo eiuſdem perſonæ 262
Pronomina demonſtratiua 203
Propoſitio indefinita pro vniuerſali 440
Propoſitio vniuerſalis affirmatiua,nõ ſemper accipi vniuerſaliter 440
Proprium nomen 69
Proprio nomini non præponitur ה 37.69
Propter 35.43.45.46
Proſopopœia 462
Proſphoneſis 462
Puhal coniugatio 410
Puluis terræ,&,terra pulueris 101
Puncta quot,& varia nomina 6
Púcta magna & parua 16
Púcta minora correpta 17
Punctorũ permutatio 65
Punctum vnũ pro altero poni 443

Q

Qualitatis interrogatiua aduerbia 430
Quàm,magis quàm 35
Quando 40.57
Quãtitatis interrogatiua aduerbia 431
Quanto magis 54
Quanuis 58
Quartus 98
Quaſi 40.46
Quieſcens litera 16
Quieſcentia verba 208
Quieſcentia coniugationis cal,285.Pihel,334.Hiphil,354. Niphal,384. Hithpahal,402.Hophal 415
Quòd 36
Quotidie 433
Quum 42

R

Radicales literæ 34
Radicum inueniendarum modus 434
Raphari quid 18
Redundant multa quoad ſenſum,quæ dempta incongruam reddũt orationem 449
Regimen nominum,ſiue coniunctio 99
Relationis interrogatiua aduerbia 431

Reuiah 19

S

Scalos necudoth 8
Scené gheriſcín 19
De Sceua 8.11.12
Sceua poſt puncta magna proferri, non poſt minora 17
Sceua ſub gutturali, accipit & pathach 17
Sceua, cum athnach aliquando reperitur 103
Sceuáim duo concurrétia 12.13
Scilicet 429
Scilſcéleth 20
Scophar iaſár & mahaphech 20
Scribuntur nonnulla quæ non leguntur 449
A Scribis Hebræorum notatum maſoreth 450
Scurec 7
Scurec vice quorum punctorum ponatur 67
Secundum 425
Secundus 98
Seghol 7
Secus 425
Seghula 19
Senſus vnius quod eſt, alteri tribui 443
Septem pro pluribus aut multis 442
Seri 7
Seri vice quorum punctorum ponatur 66
Seri, ſegol, & chiric permutantur 239
Sermo, Vide Lingua.
Si 39
Si in potentia ipſius ו 55
Si præcedēs, & ו ſubſequēs in altera parte orationis 55
Sic 57
Sicut 40.46
Sicut tu ſicut Parhoh 41
Sicut ſubauditum 57.60
Similitudinis aduerbia 433
Sine 425
Singulare nomen verbo plurali iunctum 448
Somatopœia 462
Soph paſuc 19
Species nominum 108
Specierū nomina ſub quocunque genere inueniantur, vtrunque comprehendunt ſexum 72
Species pro genere 441
Statim 433

Sub, ſubter 425
Subito 433
Subiunctiuus modus 232
Subſtantiua duo ſine coniunctione media in regimine 101
Super, ſupra 43.46.425
Superlatiuo carentes Hebræi ſupplent illud per מאוד 84
Syllepſis 462
Synathrœſmos 462
Synchoreſis 463
Synchriſis 462
Syndicaſmos 463
Synecdoche 442.463
Synonyma 200

T

Talſcá chethanná 21
Talſcá ghedoláh 19
Tapinoſis 463
Tautologia 463
Teren chutherin 21
Temporis aduerbia 433
Téporis interrogatiua aduerbia 431
Tempus ſignificat aliquándo ב 43
Tép. permutatio 259.443
Tenuoth 6
Tertius 98
Terra, pro terra Iſrael 442
Terra pulueris 101
Teuir 19
Tharchá vtrunque 20.21
Toarim participiis ſimilia nomina habent quædã verba 243
Totum pro parte 441
Trans 428
Tranſlatitium nomen 201
Tranſitiua verba 209.226
Tranſitiuum & intranſitiuum eſſe poteſt in eadẽ coniugatione 212
Tranſitiua verba cal, trãſeuntia in pihel haddaghus 209.210
Tranſpoſitio literarũ 445
Tu, tuus 41
Tunc 57.433

Væ 429
Valde, valde 85
Vbi 432
Vel ſignificat ו 54
Verbum quid 3.206
Verborum diuiſio 208
Verbum graue 215
Verba ex appellatiuis formata 70
Verba media 223

Verbi cum pronomine cõ iunctio 262
Verba intellecta ſecundũ ſermonem, aut cogitationem, ſiue exiſtimationem 222
Verba per aduerſum intellecta aliquando 444
Verba è proprio tranſlata loco aliquando 444
Verbum fœmineum cum nomine maſculeo, & cõ trà aliquando 450
Verbũ reddi vt exigit nomen proximum 451
Verba quadrata & compoſita 417.419
Vermiculũ cocci, &, coccũ vermiculi 101
Veſperi 433
Vice, loco 425
Vltra 428
Vndecimus 99
Vniuocum nomen 200
Vocandi aduerbium ה 39
Vſque 43. Vſque ad 46
Vſquequo? 433
Vt illuminent 45
Vtrum 39

Z

Zachéph cathón, & gadól 19
Zacheph aliquãdo vim habet ipſius athnách 235
Zarca 19

INDEX LITERARVM ET DIctionum Hebraicarũ quæ in his Inſtitutionibus exponuntur.

א literæ poteſtas 29
א deſeruiens 45
א conſtitutiuum nominis in principio, quomodo punctetur 154
א redundans aliquãdo 451
א in fine quieſcens 17
א vltima radicali nominũ quieſcente, quomodo punctentur 184
א vice quarum literarum ponatur 62
א vice ה in fine verborum 309

א loco, interdum ponitur ה 40
א quatuor locis dagheſſatum 10
אָב אָבִי 182
אָבַר coniugatio 286
אָבָה coniugatio 308
אָבַל vere 429, ſed 434.
אֶבֶן 114
אֲגַם 110
אֲדָנִי & אֲדֹנָי 79
אהוי literæ 208
אהוי literæ prolatæ 18
אהוי literæ inuicē permutantur 299
אהוי literæ quando quieſcant 16
אוֹ vel 429.434
אוֹי literæ 208
אוֹיָה Heu 429
אוּלַי 429
אוּלָם 429
אוּר coniugatio 292
אוֹתִי 203
אוֹתְךָ 204
אוֹתָנוּ 203
אָז pro אָזָה 319
אָז Tunc 433
אח pro אָחִר 86
אָח אָחִי 182
אָחַר 85.86
אחער literæ non dagheſſabiles 10
אחער literis ſceua ſuppoſitum, producitur per pathach accedens 17
אַהֲלַי Vtinam 432
אָחַר 112
אַחַר Poſt 428
אַחַת 86
אַט 194
אַי Vbi 431
אַיִב coniugatio 297
אַיֵּה Vbi 431
אֵיךְ Quomodo 430.431
אֵיכָה Vbi 432
אֵיכָה אַיְכָה אֵיכָכָה 430
אֵין אִין אַיִן 432
אַיְפֹה Quò 431
אִישׁ ſubauditum 102
אִישׁוֹן 85
אֵיתָן futurum 232
אֵל & אֵלָה 206
אֶל Corā 423. Cū 424. Super 425. In 427. Ad 424
אֶל pro בְּ 422
אֶל loco, aliquādo ponitur ה 40
אַל Ne 428.432
אֲלִילִים 85
אֶלֶף 94
אֶל־פְּנֵי Ante, coram 423

אֵם Verè 429
אֵם-לֹא 428
אֵמִינוֹן 85
אֱמֻנָה אֱמֻנִים 429
אָמַר coniugatio 286
אָמַר aliquando deeſt 444
אָמֶשׁ Heri 433
אָן Quò 431
אָנָא Quæſo 429
אָנָה Quò 431
אָנוּ 205
אָנַחְנוּ 203
אֲנִי אָנֹכִי 202
אָסַף coniugatio 412
אַפַּס 432
אַפְעַלְפַּי Quanuis 434
אֲצָל 425
אַרְבֶּעָה 88
אַרְזוֹן 123
אֶרֶץ 113
אַשׁ maſc.& fœmin. 74
אֲשֶׁר aliquando deficit in oratione 60.444
אֲשֶׁר בּוֹ & אֲשֶׁר בָּהֶם 449
אַשְׁתִּים 15
את terminatio quorundã nominum 186
אֵת cũ 423. ad 424. in 427. & pro כֵּן 220, 221.& pro ex 422.
אַתָּה & אַתְּ 203.204
אָתָּה futurum 309
אֹתָהּ pro בָּהּ 221
אִתּוֹ Secum 433
אִתְּכֶם 205
אֹתָם pro בָּהֶם 221
אִתָּם 205
אֵת־פָּנַי Ante 423

ב

ב literæ poteſtas 29
ב deſeruiens, eius punctatura & ſignificata 42.43. 44.426
Poſt ב ſeruile,daghes 9
ב redundans aliquãdo 451
ב vice פ 62
ב præpoſitio ſubaudita 61. 245
בּא coniugatio 312
בָּאַשׁ 118
בִּבְיָן 427
בגד כפת literæ dagheſſabiles 9
בגד כפת literæ quando raphantur 15.18
בגד כפת literæ in fine dictionis cum ſceua 14
בגד כפת literæ quãdo poſt אהוי dagheſſantur, aut raphantur 20. 21. 22. 23. 24.25
בִּגְלַל Propter 426

בִּגְלָלֶךָ 44
בֹּד 194
בְּהֵן 118
בוֹא coniugatio 312
בִּין 427
בִּינוֹנִי participium 231
בְּכֵן 429
בְּלֹא 43.425
בַּן 183
בֵּן coniugatio 297
בְּנָה coniugatio 299
בִּנְיָן ædificium quare vocetur ab Hebræis coniugatio 214
בַּעֲבוּר Pro 425. Propter 426
בְּעַד Pro 424
בְּקָרִים 109
בָּר 193
בְּרָכָה 134
בִּרְכַּי & בִּרְכֵּי 16
בְּשַׁגַּם Eo quòd etiam 36
בְּשֶׁל אֲשֶׁר Propter quod 36
בְּשָׁמִים 109

ג

ג literæ potestas 29
ג vice ז 62
גֶּבֶר sine participio 242
גַּג 194
גַּד 194
גְּבֶל 110
גֶּבֶר 110
גָּחֶל 112
גַּיְא 119
גָּלָה coniugatio 413
גָּלָה coniugatio, & cũ pronominibus 305.306
גָּמָל 108
גַּת 199

ד

ד literæ potestas 30
ד cũ daghes in fine dictionis 14
ד loco ת 62
דֶּבֶשׁ 109
דְּוִי 110
דֶּרֶךְ 193
דַּל 191
דִּלְמָא 429
דְּלָתֶךָ 109
דָּם 183.193

ה

ה literæ potestas 30
ה haiediáh 37
ה notificatiuum cum numeris cardinalibus 90
ה notificatiuum aliquando deficere 60
ה notificatiui loco, quandoque ponitur ל 47
ה proprio nomini nõ præponitur 37.69
ה deseruiens, & eius pun-

ctatura 36
Post ה ſeruile & notificatiuũ ponitur daghes 9
ה conſtitutiuum nominis in principio 156.171
In ה deſinẽtia nomina 129
ה fœmineũ ſignum in nominibus 169. 170. 171. 172.178.179
ה quando nota eſt fœminei generis 73
ה in principio & fine nominis aſſumptum 169
ה redundans aliquando in verbis & nominibus 451
ה in fine dictionis quieſcẽs 17
ה radicali quieſcente in fine nominum, quomodo punctentur 169.177. 178
ה in fine nominũ, quibus מ conſtitutiuum præpoſitum eſt 162
ה in ת conuerſum in fine nominum 129
ת in fine dictionis mappicatum, ſiue deſeruiat, ſiue non 14.15
ה vice quarum literarum ponatur 63
ה vice ו pronominis 103
